DE

MUSEI SPREWITZIANI

MOSQUAE

NUMIS KUFICIS

NONNULLIS ANTEHAC INEDITIS, QUI CHERSONESI HUMO ERUTI ESSE DICUNTUR,


COMMENTATIONES DUAE,

PLURA EAEDEM UT NUMISMATICAE ITA GEOGRAPHIAE & HISTORIAE ASIATICAE CAPITA OBSCURIORA ILLUSTRANTES.

SCRIPSIT

DR. C. M. FRAEHN,

S. IMP. RUSS. MAJEST. A CONSILIIS STATUS, EQUES, ACAD. IMP. SCIENT. PETROP. SODALIS ORDINARIUS &C.



PETROPOLI, MDCCCXXV.

Litteris Academicis.

Extrait du Tome X. des Mémoires de l'Académie Imp. des Sciences de St. Pétersbourg.

Non est terra, quæ ad fines numismaticæ Asiaticæ proferendos ejusque studia juvanda magis, quam Russia nostra, facere queat. Pleraque reliqua regna Europæa dum condendi alicujus numophylacii Orientalis suppellectilem longe lateque dispersam ex remotissimis oris, nec sine gravi moræ dispendio, multoque labore et magnâ impensâ colligere fere oporteat, Russia sibi ejusmodi apparatum brevi tempore, facili negotio parvoque sumtu comparare potest. Non solum eam habet præ ceteris opportunitatem, ut in finibus suis australibus, quam late patent, variis regnis Orientalibus, ut Turciæ, Persiæ, Buchariæ, Sinæ, immineat et cum iisdem caussas politicas vel mercatorias communes habeat, — unde fieri non posse patet, quin pecuniam vel olim vel hodie iis in terris consuetudine receptam acquirendi optima et frequens harum rerum amantibus offeratur occasio; — sed eadem ipsius fuit caussa atque trium aliorum

regnorum Europæorum, Hispaniæ, puta, Lusitaniæ et Siciliæ. Ut hæc, ita Russia quondam super suæ terræ solum solium regium dynastiæ Asiaticæ surgere vidit. Inde ab ineunte fere sæculo decimo tertio ad quintum decimum medium usque in plagis ejus olim Orientalibus per campos illos vastissimos, qui nomine Deschti-Kaptschak celebrabantur, Chanatus Dschudschii Dschingisidæ ejusque posterorum, vulgo apud nos nomine Ordæ Aureæ nuncupatus, superbe et impotenter dominabatur; quid? quod in Chersoneso Tauricà fere ad ipsius sæculi decimi octavi exitum majoris illius Ulusi pars residua, dynastia Giraï-Chanorum, perduravit. Tenendum autem est, utriusque dynastiæ principes singulos atque omnes, etiamsi nonnulli ad brevissimum tempus summæ rerum præessent, numos signandi jure gnaviter usos esse. Igitur suæ ipsius etiam terræ solum Russiæ suppeditare potest monumenta numaria Dschingisidarum de Ulusis Dschudschiano & Giraïano. Atque sane non hæc tantummodo, et eà quidem copià, quæ fidem omnem excedat, fundit, sed quoque, ut facile intelligitur, iis mixtos dynastiarum cognatarum, quæ in Iran & Sartol (Tschaghataï) imperium obtinuere, numos profert, etsi hos minore numero, quam conjecturà augurari animus inclinet. Verum sunt præterea tempora multo etiam remotiora, ex quibus superstes ركاز *Rikas* amplissimum & præstantissimum reconditum tellus nostra numismaticæ Arabicæ commodis servavit. Ut earum, quas modo dixi, dynastiarum recentiorum numi fere in Russiæ plagis versus Orientem vergentibus, ita numi Chalifarum de utràque gente, Umaija & 'Abbas, nec non Emirorum de gentibus Tahir, Saman, Buweih, aliisque, quotannis fere, ingenti nonnunquam numero, in Occidentalibus et Meridionalibus ejus potissimum provinciis e claustris terræ producuntur, — hi quidem reliquiæ mercaturæ frequentis et copiosæ, quæ quondam sæculis VIII. IX. & X. (ex hoc enim temporis intervallo illi pæne omnes sunt) tum ipsi Russiæ, tum per eam terris Balthicis cum hodiernis provinciis Persicis & Bucharicis intercesserit necesse est, cujusque lucrum in illas maxime redundàsse videtur, quoniam tantam pecuniæ in hisce

signatæ vim eo pervexit. (*) Accedit, quod ipsorum etiam Arabum Occidentalium, veluti Chalifarum Umaijadûm in Hispaniâ, Emirorum, qui Chalifarum 'Abbasidicorum nomine Barbariæ, quam hodie vulgo dicunt, præerant, et Edrisidarum in Mauritaniâ numi ex sæculis VIII. & IX., numero etsi illis superioribus non comparando, nec tamen exiguo, nostris in oris ex cœcis terræ latebris eruuntur. Hujus quidem generis numos a Normannis illius ævi, tanquam spolia ab expeditionibus, quibus in illas regiones Occidentales longe lateque grassabantur, reportata, huc delatos esse, probabile est, ut alio loco innui (**).

Etiamsi, quam perennis numorum Mu'hammedanorum fons, quam nunquam exhauriunda eorumdem vena tellus Russiæ sit, cives nostros latere non poterat, negare tamen quis vellet, hoc genus thesaurorum repertorum satis diu hîc terrarum parvi habitum & neglectum esse. Circumfertur proverbium Arabicum: مندل الهند في اوطانه حطب *Aloë Indica suo in solo patrio tanquam foci materia censetur.* Simili in caussâ numi Orientales diu his in terris versati sunt. Immanis prorsus et immensa fuerit necesse est horum numorum copia, quæ per tot, quæ defluxere, sæcula, ex Russiæ nostræ solo effossa, sed proh dolor ab imprudentiâ & avaritiâ soluta igni est. Et si quæ eorum particulæ hîc illic ab interitu vindicatæ conservabantur condebanturque, incognitæ & inexplanatæ atque adeo oblivioni datæ manebant. Scilicet cives nostri animo ad hoc numorum genus nondum commovebantur, quia deerat, qui occultis involutisque eorum titulis solvendis ac interpretandis vacare et quid ex iis lucis ad varia historiæ capita obscuriora peti possit, probatum dare voluisset.

Nondum quidem ea temporum affulsit felicitas, quam doctæ antiquitatis amantes & intelligentes ardentissimis votis expetunt, non-

(*) v. Ibn-Foszlan's u. and. Araber Berichte üb. d. Russen p. 79 sqq.

(**) v. l. c. p. 249 sq.

dum quidem obtigerunt, quæ de monumentorum veterum in Russià ab interitu vindicandorum ratione cogitata haud ita pridem proloquutus sum (*); nihilominus temporum, quæ sunt, facies hac etiam in caussà insigniter mutata est. Nam etsi numorum, qui quotannis fere his in terris fodientibus offeruntur, vix vigesima pars a turpissimo interitu retrahi videatur, attamen vel hanc *lucro apponere* decet. Caussa autem, cur hodieque hoc & illud Judæorum & argentificum manus effugiat, hæc est, quod nostra ætas & in Russià haud paucos viros intelligentes & cordatos exoriri vidit, qui, præter rem numariam Russicam, Græcam, Latinam & omnino Europæam (ut cui dudum hic dignus honor habitus est), numismaticæ etiam Orientalis sensu & amore capti, colligendo id genus numorum apparatui operam dare cœperunt. Et quidquid monumentorum Asiaticorum ab excidio servatorum huic studio laude dignissimo debetur, id non amplius, ut antea, sub Museorum claustris oblivioni datum in tenebris latet, sed jam a claustris & oblivione vindicatur & in adspectum lucemque profertur, non sine multiplici, quod inde in litteras redundat, commodo.

Complura jam Russiæ nostræ Musea numaria Orientalia sive publica sive privata, saltem quidquid inediti & notatu præ ceteris digni continent, in notitiam antiquitatis amatorum protuli. Gaudeo, id mihi datum esse, ut iisdem in præsentià novum numophylacium Orientale nuper Mosquæ conditum indicare possim, cui quidem temporis successu insignia incrementa spondet, tum aere, quo ejus possessor Doct. Phil. D. Sprewitz V. C. incensus est, hujus caussæ studium, tum ea, quà idem valet, oculi in discernendis raris et insolitis a vulgaribus & quotidianis satis jam exercitati acies, tum denique Mosquæ urbis, quam dudum jam sedem stabilem habet, summa ad hujus generis numos facili negotio congerendos opportunitas. Huic itaque numorum antehac ineditorum & ex parte notabilissimo-

(*) v. Das Muhammed. Münzkabinet des Asiat. Museums p. 97 sq.

rum symbolæ primæ, quam selectam ex istâ Collectione & commentatione meâ illustratam in medium protuli, quin propediem recentes subjicere possim, mihi non est dubium.

Numi autem ii, ex quibus maxime hanc selegi symbolam, in ruinis *Chersonesi*, emporii illius Græci quondam celeberrimi, quod scriptoribus Byzantinis Χεῤσων, veteribus chronographis Russicis Корсунъ audiisse, & in Chersoneso Tauricà inter Sebastopolin & Balaklawam, recentioris ævi oppida, situm fuisse constat, reperti esse dicuntur; erantque inprimis Chalifarum & Emirorum Tahiridicorum, ex intervallo annorum H. 110 — 256 (= Ch. 728 — 870). Qui simul ad me transmissi sunt numi aliquot Samanidici & Buweihidici, quorum novissimus a. H. 363 (= Ch. 974) est, nec non Muktediri Chalifæ a. 309, num ex eodem loco provenerint, non habeo compertum; sed dubito.

Mihi vero de hisce numis selectis commentanti visum est nec in titulorum partibus tralatiiciis & pervulgatis immorari, nec notitias afferre rerum historicarum & geographicarum, quæ ante pedes positæ neminem his litteris paullulum tinctum fugere possunt. Talibus silentio transmissis, ut numismaticæ Muhammedanæ caussas nonnullas obscuriores needum ad liquidum perductas denuo vel leviter attigi vel paullo diligentius excussi, ita de hoc illove capite historiæ & geographiæ Asiaticæ, quod, licet nec leve nec observatione indignum sit, ab aliis vel plane non tractatum vel non satis explanatum deprehendebam, quæstiones institui, quas, nisi temporis angustiæ impediissent, longius fuissem prosequutus. (*)

(*) Moneo, quotquot hic in medium producuntur, numos esse argenteos.

COMMENTATIO PRIOR

NUMOS CHALIFARUM

COMPLECTENS.

I.

NUMI

CHALIFARUM UMAIJADARUM.

HESCHAM.

1.

Cusus بواسط سنة عشر ومئة *in Wasit anno centesimo decimo.* (a. H. 110 = Ch. 728-9.)

MERWAN II.

2.

Notabilis, cus. بالسامه سنة احدى وثلثين ومئة *in el* (*)-*Schamiâ* (aut *el-Samiâ* &c.) *annô centesimo tricesimo primo.* (a. H. 131 = Ch. 748-9.)

(*) Linguæ Arabicæ periti norunt, quando *l* articuli in pronuntiatione cum sono litteræ sequentis coalescit.

Numus hic inter gemmas hujus Collectionis numerandus, duplici de caussâ notatu dignus est. Cusus enim a Merwano II. Chalifarum Umaijadicorum Orientalium postremo, ante vel in ipsum annum fatalem ad hujus dynastiæ interitum cadit. Agmen igitur numorum hujus quidem generis ab hac profectorum familiâ, ut Mediolanensis (anni H. 77) (*) ducit, ita hic claudit; certe ex anno proxime sequente (132) jam tenemus Saffa'hi, primi Chalifarum 'Abbasidicorum, numum Kufensem (**), ad quem notus ille Abu-Muslimi a. 131 cusus (***) veluti transitum parat. Altera, quà nobis hìc numus majorem in modum commendatur, caussa ab urbis, in quâ cusum sese profitetur, petenda est nomine. Id primum nobis hìc offertur, et, licet numus integerrimus sit, difficillimum definiri est. Per scripturæ enim Kuficæ rationem (v. Tabell. in fronte hujus Comment.) plus simplici modo legere licet. En varios, quos admittit, legendi modos: السامنة, الشامنة, السامية, السامية, الشامية, السامنة, الشامنة &c. At sub nullo omnium horum nominum mihi urbs aliqua innotuit, nec quidquam profuere, quotquot de iis consului, historiarum auctores, geographi & lexicographi Arabici. الشامية *el-Schamija* quidem (suppl. الصحراء) nomen est deserti Syriaci (****); sed hoc quis hìc admiserit, etiamsi conjicere vellet, officinam monetariam Umaijadarum, ut tunc temporis in summas adducti erant angustias, in loca, ad quæ hostibus minus pateret aditus, delatam fuisse! — Numquid igitur conjiciendum, appellatione الشامية *el-Schamija*, (c. ellipsi المدينة) *Syriaca* urbs, Damascum, Syriæ metropolin, indicari? Hanc quidem urbem tunc adhuc in ditione suâ

(*) v. Monete Cufiche dell' I. R. Museo di Milano p. 1.

(**) Servatur & hìc in Mus. Asiat. Acad. Imp. Scient., & Hafniæ in Numophylacio Muenteri, episcopi eruditissimi, et Berolini in Numoph. ill. Ruehle de Lilienstern.

(***) Niebuhr's Beschreib. v. Arabien Tab. X, N° 3.

(****) v. Description du Pachalik de Bagdad p. 145. Fundgr. d. Or. T. I, p. 191.

tenebat Merwanus, qui hoc ipso anno 131 بارض الشام *in terrâ el-Scham* s. in Syriâ commorabatur (*). Verum enim vero tale quid, nec analogiâ usûs linguæ favente, nec ullo auctore Arabico suffragante, statuere quis ausit? eoque minus, quod Damasco, quà metropoli Syriæ, nomen الشام *el-Scham* fuisse novimus. Nec magis scio, quid reliquis lectionibus faciam, veluti الشامية *el-Samija* q. d. urbs *a Sam* s. Sem filio Noæ *condita* (**), vel السامية *el-Samia* i. e. *excelsa, sublimis* (***) &c. (****) Quo tandem cunque modo pronuntiandum sit, mihi verisimile est, esse id aut nomen oppiduli alicujus, quod, ut sexcenta alia, geographorum Arabicorum diligentiam effugit, aut etiam magnæ fortasse et celebris quondam urbis, sed jam prioribus Hedschræ sæculis funditus eversæ, aut certe alterum vel antiquius alicujus urbis nomen, quod forte decursu temporis in desuetudinem abierit. (*****) Ad posteriorem caussam quod attinet, meminisse

---

(*) Abulfar. Hist. Dyn. p. 213 text.

(**) Est Traditio, quæ Damascum a دمشق بن سام conditam fert.

(***) Cf. الفاخرة *gloriosa*, *magnifica*, epitheton Bocharæ.

(****) De سمنة *Samna* (in Aegypto sup. cf. Quatremère Mém. sur l'Egypte T. I, p. 295) quominus cogites, cum littera ا inserta, tum articulus præfixus impedit. — Succurrit nunc et قصر سامية in Afrikiâ (in regno nunc quidem Tripolitano) inter Lebedam et Afnam (v. Edrisy text. Arab. p. 105), neque tamen vel hoc admittere licet.

(*****) Ecquid forte in Mesopotamiâ quærenda est? Makrisy certe (de Monet. p. 22 ed. Tychs. = p. 28 vers. S. de Sacy) memoriæ prodidit, Merwanum, quamdiu Chalifatum tenuerit, in *Mesopotamiâ* (الجزيرة) pecuniam cudi fecisse. Quamquam hujus dicti fides ipsis Merwani imminuitur numis, quorum quotquot hucusque innotuere, in urbibus Wasit, Dimeschk, Sedschestan (i. e. Serendsch) et — الجزيرة *el-Dschesirâ* cusi sunt; quid? quod de ipso vocabulo *el-Dschesira* apud Makrisyum l. c. disceptatio oriri potest, num vere de Mesopotamiâ intelligendum sit, an potius, ut alibi in libris (veluti Elmac. p. 223. Abulfar. p. 531 text. Arab. id. p. 518 text. Syr. coll. cum Ar. p. 498 et all.) et in numis, de urbe جزيرة ابن عمر *Dschesiret-Ibn-'Omar*; nam quod in Nov. Symb.

juvabit nominum urbium ابرشهر *Abreschehr* pro Nisabur (*), ماه الكوفة *Mah - el - Kufa* pro Dinewer (**), ماهى *Mahy* pro Hamadan, ut videtur (***), المحمدية *el - Mu'hammedia* pro Rey, et quæ id genus alia sunt. — Accedit autem hæc urbs السامة, unà cum فسا *Fasa* (in Musei Asiat. numo a. 81), ad viginti quinque illas urbes monetales Umaijadarum Orientalium, quas in ipsorum numis argenteis obvias alio loco (****) recensui.

II.

NUMI

CHALIFARUM 'ABBASIDICORUM.

AMIN.

3.

Notab. cus. بمدينة السلام سنة ثلث وتسعين ومئة *in Urbe salutis anno centesimo nonagesimo tertio.* (a. H. 193 = Ch. 809.)

In supremâ A. II. ربى الله *Dominus meus Deus est.*

Habemus hunc primum numorum ab Amino Chalifâ cusorum. Nam etsi, in annum H. 193 quum et mors Haruni & auspicia imperii Amini concurrant, dubium videri posset, utri eorum numus hic, qui nomine auctoris caret, tribui debeat; res tamen nullam habet dubitationem. Esse eum Amino rerum potito cusum, ex

p. 31 et in Supplem. Ephem. litt. Jen. 1822, N°. 58 το الجزيرة numorum ita explicui, ut Mofulam, Mesopotamiæ urbem primariam, significet, id perperam habet.

(*) v. Mémoires de l'Académie Imp. T. IX, p. 606 sqq. (p. m. 44 sqq.)

(**) v. infra ad N°. 16.

(***) v. ibid. in fine.

(****) v. Ergänzungsbl. zur Jen. A. L. Z. 1824, N°. 13, p. 103, ubi pro *Nahr Tiri* leg. *N. Tira.*

sententiolà in sup. A. II. obviâ efficitur. Hac tanquam symbolo usum esse 'Abbasum filium el-Fafzli eandemque, quum ab Amino ad Chalifatum provecto monetæ esset præfectus, numis inscribenbendam curâsse, Makrisy auctor est. Vide sis Beiträge zur Muhammed. Münzk. aus St. Petersb. p. 15–19, ubi tum de pravâ ratione, quâ alii et hanc sententiam, unâ cum nomine *el-'Abbas* eidem in nonnullis numis subjuncto, tum de dubitatione, quam de Makrisyi fide hac etiam in caussâ temere moverunt, satis dictum est. (*)

Juvat hic addere, quæ de notissimo illo nomine *Medinet-el-salam*, quo Baghdad urbs ad Mongolorum tempora usque omnibus in numis celebrata est atque passim in libris, ut olim, ita hodieque ornatur, nonnulli auctores Arabici observàrunt. Sic quidem Jakut in lexico geogr. majore: مدينة السلام هى بغداد واختلف فى سبب تسميتها بذلك — قال موسى بن عبد الرحيم (الحيد؟) النسابى كنت جالسا عند عبد العزيز بن ابى رواد فاتاه رجل فقال له من اين انت فقال له من بغداد قال لا تقل بغداد فان بغ صنم وداد اعطاه (اعطى؟) ولكن قل مدينة السلام فان الله [هو] السلام والداين كلها له فكانهم قالوا مدينة الله وقيل سماها المنصور تفاولن (تفاولا .l) بالسلامة „ De caussâ hujus appellationis in- „ ter auctores discrepat. — Musa Ben 'Abd-ul-ra'him (— ul-'ha- „ mid) Nisanus, „ „ die aliquo " ", inquit, „ „ quum ad latus accum- „ „ berem 'Abd-ul-'asisi Ben Abi-Rawwad, hunc accedebat non ne- „ „ mo, qui, unde sit? (**) interrogatus, ex Baghdado, respondebat. „ „ Tum 'Abd-ul-'asis eum monere: cave dicas Baghdad; nam „ „ *Bagh* nomen idoli est, *dad* autem significat: *dedit;* imo vero „ „ dic *Medinet-el-salam* (s. Urbs salutis); Deus enim ipsa sa-

(*) Nihilominus cel. auctor Commentationis de Defectibus rei num. Muh. suppl. in Comment. Soc. Goett. recent. T. V, p. 82 sq. errores illos repetiit.

(**) Vel: unde venerit? vel: cujatis sit?

„ „ lus (*) est, omnesque urbes ejus sunt. *Medinet-el-salam* igi-„ „ tur (s. *Urbs salutis*) perinde quasi *Medinet-Allah* (seu *Urbs* „ „ *Dei*) dixeris." " Alii Manfurum Baghdado nomen *M. el-salam* „ (s. *U. salutis*) boni ominis caussâ indidisse volunt." Idem Jakutus ib. alio loco: مدينة السلام بغداد ودار السلام الجنة ويجوز ان يكون „ سميت بذلك على التشبيه والتفاول لان الجنة دار السلامة الدايمة „ *Medinet-el-* „ *salam* Baghdad est, ut *Dar-el-salam* (Domicilium salutis) Paradi-„ sus. Licet statuere, urbem sic appellatam esse, *ut cum Para-* „ *diso componatur faustumque omen innuatur*; Paradisus enim „ domicilium æternæ salutis est." — Schems-el-din Dimeschky autem in suâ نخبة الدهر hæc paucula, sed quæ apprime placent, habet: وسميت مدينة السلام لانها يسلم فيها على الخلفاء „ Baghdad no-„ men *Medinet-el-salam* (Urbs salutis, vel salutationis) accepit „ propterea, *quia in eâ novi Chalifæ salutabantur*" s. quia in eâ novis Chalifis susceptum imperium congratulabantur, — scil. solemni formulâ: *el-salam 'aleik, ja Emir el-mumenin* i. e. salve, o Imperator Fidelium! (**)

Extremum est quod moneam, probari vix posse sententiam eorum, qui hoc urbis Baghdadi nomen a Tigride, ut qui et *Nahr-el-salam* s. *Wadi-el-salam* (i. e. fluvius salutis) audit, petitum esse volunt, veluti Scholiastes ad Harir. Mekam. XIV. in Vateri & Rinkii Arab. Leseb. p. 128, et Rosenmüller in Handb. der bibl. Alterthumskunde T. I. P. I, p. 199; nec magis locum habere posse sententiam, juxta quam huic fluvio simplex nomen السلام *el-salam* fuerit; in quâ fuisse videtur Scholiast. ad Har. l. c. in edit. de Sacyanâ. Sed hic, vereor, ne quid turbatum sit.

(*) السلام *El-Salam* unum de centum illis epithetis est, quibus Mu'hammedani Deum suum augent. Inde nomen multis eorum proprium عبد السلام

(**) V. e. c. Ibn-el-'Amid (Elmacin.) p. 148. Abulf. Ann. II, p. 184. Hanc autem formulam primo usu receptam esse in inaugurando Mu'awiâ Chalifâ, refert Sojuty apud 'Aly Dehdeh in محاضرة الاوايل ومسامرة الاواخر fol. 38, b.

4.

Notab. cus. بمدينة سمرقند سنة ست وتسعين ومئة *in Urbe Samarkandæ anno centesimo nonagesimo sexto.* (a. H. 196 = Ch. 811-2.) (*)

In supr. A. I. ح, in eàd. inf. •

A. II. لله	*Deo S.*
ع	. . . .
محمد رسول الله	*Mu'h. Apost. Dei est.*
مما امر به الامام	*Cudi jussit Imamus*
المامون امير المومنين	*el - Mamun Emirus Fidelium.*
الفضل	*El - Fafzl.*
•	. . . .

(Vid. Tabell.)

Nota sunt discidia et bella, quæ Aminum inter et Mamunum, Haruni filios, intercesserunt, nec est, quod iis enarrandis immorer. Jam a. 195 provinciæ Chalifatûs Orientales Mamuni caussam palam amplexæ erant, isque tunc titulum *Imami* sibi adsciscebat (**), cui, post reportatam a. 195 de Amino victoriam, alterum etiam illum, Chalifis præter ceteros proprium et peculiarem, *Emir-el-mume-*

(*) Observo a. b. Gœtlino in Diss. de Numis Cuf. Reg. Acad. Upsal. p. 8 numum Mamuni, hoc eodem anno et Samarkandæ cusum, indicatum esse, neque tamen eum unum eundemque cum hoc vel proxime sequente Sprewitzianis haberi posse; nam Balchensi anni 195 a cel. Tychs. in Com. I. de Numis Cuf. Tab. I, N°. VIII edito simillimus esse dicitur. Omnino dolendum est, virum pie defunctum parum accurate indicàsse nec nisi leviter adumbràase vel eos numos, quos ære exprimendos non curavit.

(**) Ibn-el-'Amid p. 125 et numis Samarkandensibus testibus.

nin addebat (*), dum hunc eundem titulum frater quoque Baghdadi adhuc obtinebet. Quem præ manibus habemus, numus primus est, in quo Mamunum hoc modo aperte, quis sit, sese ostendere videmus.

Fafzl, cujus nomen Mamuno subscriptum cernitur, constat esse Fafzl Ben Sahl, qui Chalifæ in rebus publicis gerendis administer et consiliarius maximâ cum auctoritate adfuit, splendido titulo *Su'l-rijásetein* insignitus in numo proximo aliisque.

Numus in *Urbe Samarkandæ* signatus est. Parum abest, ut existimem, vocabulum *medina* (s. urbs) hic ipsi nomini non temere additum esse, sed tendere ad situm officinæ monetariæ accuratius indicandum. Sane geographi Arabici *Medinet-Samarkand* s. Urbem Samarkandæ, puta urbem interiorem (المدينة الداخلة, la Cité) ubi arx et sedes Emiratûs erat, a Samarkandà simpliciter dictà, seu universà urbe cum suburbiis amplissimis, distinguunt, indeque viros doctos, qui in illà urbis Samarkandæ parte primarià nati sunt vel domicilium habuere, geminato cognomine المدينى السمرقندى *Medinensis Samarkandensis* denotare solent. Quod restat, conf. quam de مدينة اصبهان in numis, veluti hujus Commentationis 6. et 7., obvià quæstionem proposui in Mémoires de l'Acad. T. IX, p. 593. (p. m. 31.)

Jam ad sigla veniamus, quibus numus hic eximie conspicuus est. In A. quidem primà cernuntur ج et ه. Utrumque siglum in numis Kuficis satis frequens, raro tamen, ut hic, in uno eodemque numo junctum occurrit.

ج *dsch*, ح *'h* et خ *ch* tanquam scripturæ compendia, sed multiplici sensu, passim in libris Mu'hammedanorum offeruntur. Numerorum vicem ubi sustinent, ج 3, ح 8, خ 600 indicat. In MSS.

(*) Abulf. Ann. II, p. 100.

Koranicis ع modo جايز (pausam lectoris arbitrio *permissam*) indicat, modo nonnullorum *Korani lectorum nomina* abbreviata repræsentat; in grammaticorum et lexicographorum libris significat جمع s. *numerum pluralem;* in libris astronomicis nunc برج s. *signum zodiacale*, nunc in specie *signum cancri*, nunc *mensem Dschomada II.*, nunc *diem Martis.* — ح in libris postremo loco memoratis ad indicandum *signum sagittarii*, alibi pro حينئذ (*tunc temporis*) positum deprehenditur. — خ denique in libris astronomicis per abbreviationem denotat مريخ s. *Martem* planetam, in MSS. Koranicis tum اخفا s. peculiarem aliquem litteræ ن pronuntiandæ modum, tum nomina nonnullorum anagnostarum Koranicorum; in Traditionum sacrarum corporibus البخارى *Bocharensem*, celeberrimum illum auctorem libri الصحيح indicat; præterea siglum est pro خلاف s. *contrario*, *secus*, *false*, &c.

Nec minus usus sigli م *m* variat: ponitur pro لازم pausa *necessario observanda*, متن *textus*, معروف *notum*, منطق, مسلم *Muslim Nisaburensis*, celeberrimus ille Traditionarius, محرم *Mu'harrem* mensis, يوم *dies*, يوم الاحد *dies dominica*, &c.

Inter omnes, quas hic commemoravi, utriusque litteræ potestates nulla esse videtur, in numos quæ adhiberi possit; atque vel ea, ex quâ nomina propria præfectorum monetalium vel signatorum potius per compendium scripta in iis latere putaveris (*), difficilis ad fidem est propterea, quod plura simul in uno eodemque numo deprehenduntur sigla. Non restat igitur, nisi ut aliâ aliquâ conjecturâ adsequi tentes, quod a veri specie non plane abhorreat.

Alio loco jam observavi, mihi credibile fieri, ut ه numorum sit compendium vocabuli مبارك *benedictus*, *bene vertat*, *quod felix faustumque sit;* atque re verâ hoc ipsum sine scripturæ compen-

(*) cf. Prolus. de Acad. Scient. Petrop. Mus. num. musl. p. 13.

dio exaratum numi nonnulli nobis offerunt (*). Quid igitur? si similem notionem etiam τῷ ح subjicias? si خ pro contracto خير vel خيرا *bonum, faustum* habeas, quod sane vocabulum a prospera apprecandi formulis non alienum est (**). Hoc posito atque concesso, conditio existeret explicandi, cur خ et ه in hoc numo, cur خ et س، quod pro سلام *salve* per compendium scripto habendum esse probabili conjecturâ alibi dixi (***), in numo aliquo Buweihidico (****) concurrant, cur denique in numo quodam Samanidico (*****) خ repetitum occurrat; quantâ enim verbositate et quam crebrâ repetitione in salutando faustaque apprecando uti soleant Arabes, constat.

Verum difficilius est, sigla ح et ه in A. II. obvia probabiliter interpretari. Ambo equidem in aliis etiam numis ab unâ eâ-

(*) v. Mémoires de l'Acad. Imp. d. Sc. T. IX, p. 604. (p. m. 42.)

(**) Sic Arabes رب يسر وتمم بالخير , اثنى على فلان خيرا vel دعا لفلان بخير et Turcæ خيردعا قلامن , خير اولا &c.

(***) v. Ergänz. der Jen. A. L. Z. 1824, N° 14.

(****) apud Tychsen. in Addit. p. 30, N° 2, ubi numus hic in Museo, quod olim Adleri Berolinensis fuit, obvius *Samarkandæ* signatus esse perhibetur, quod ita se habere, nullo pacto mihi persuadere possum. (Non multum abest, quin mihi persuadeam, in hoc numo Berolinensi idem urbis nomen exstare, quod in numo 'Aly-Rifzæ Gothano cernitur. Hoc quidem, a cel. Mœllero سهلفنك *Sahl-Fanek* lectum, mihi nuper adhuc visum est legendum سمرقند *Samarkand.* v. Mémoires de l'Acad. T. IX, p. 616. - p. m. 54. - Nunc postquam hunc numum accurate delineatum mecum communicavit vir humanissimus, secundam hujus nominis litteram omnino ه, non م, esse, ideoque de Samarkandâ cogitare non licere intellexi. Jam vero res quum ita se habeat, quid hoc urbis nomine faciam, me ignorare fateor. Putabam aliquando شهرقند legendum idque ex more orthographiæ Arabicæ pro شهركند *Schehrkend* positum esse; sed oppidum ad lacum Choresmiensem situm in Buweihidico quidem numo admittere non liceret. In mentem mihi venit etiam شهرقباد *Schehr-Kobad*, quod kufice شهرقبد exarari potuisse censeo; nec non سهرورد *Sohrwerd* succurrebat. Sed ambigo, et cel. Moelleri ingenio hanc rem permitto expediundam.)

(*****) v. Nov. Symbolæ ad rem numar. Muhammedan. p. 18, N° 36.

demque Parte posita, neque tamen prius, puta ﺭﺿ ﺻ, unquam eo loco deprehendi, quo hic mirà novàque ratione sub ﷲ collocatum cernitur. ع, ubi litteræ numerabilis vice fungitur, 70 designat, غ 1000. Alibi in libris ع compendium est scribendi موضع *locus*, vel مصراع *hemistichium*. In numis idem hoc siglum, modo ع, modo ﻋ exaratum, mihi ad hunc diem visum erat idem valere atque عدل *æquum, justum pondus*, quod vocabulum integrum non minus frequens in numis est (*). Huic opinioni, vereor, ne locus, quem ﻋ in hoc quidem numo occupat, fraudi sit, et aliam ei hic subjicere nos cogat notionem. Ecquid, si ﺭﺿ in hac etiam A. inf. obvio potestas vocis مبارك *faustum* inest, ﻋ quoque hic simili sensu accipiendum? num hic fortasse pro عزة *gloria, magnificentia*, positum? (**) Hac horum siglorum explicatione admissâ, numum hunc quidem faustæ apprecationis formulis amuletisve quasi tectum videremus; at enim hoc sane non foret, in quo offendamus.

Apparet, siglorum in numis Kuficis obviorum caussa quantis etiamnunc obsita tenebris sit. Sed spes est, futurum, ut hujus etiam rei involutam notionem aliquando aperiant iteratæ interpretum curæ.

5.

Notab. Areæ I. par ratio est cum N. 4. quem modo descripsimus. A. autem II. differt; non enim gerit, nisi alteram symb. Sunnit. partem, cui supra additum est لله i. e. *in Dei honorem!*

(*) v. Ergänz. zur Jen. A. L. Z. 1822, N° 57.

(**) Juxta se positæ si essent litteræ م ﻋ, habere eas liceret pro abbreviatione formulæ عليه السلام *super quem salus sit*. Sed fac eas ita esse positas, hanc faustam apprecationem ad quem quæso referas? Inferior sane est, quam quæ Mu'hammedanorum prophetæ conveniat.

s. *Deo sacrum!* (*), infra autem ذو الرياستين *Possessor duorum principatuum.*

Hunc numum, quamvis nomine Chalifæ destitutum, Mamuni esse certum est; nam, ut proxime antecedentem, a. 196 in Urbe Samarkandæ ab eodem Fafzl eum signatum esse videmus. Nimirum ex rerum illo ævo gestarum historiâ probe scimus, hunc Fafzlum hoc ipso anno summæ rei bellicæ administratorem simul et imperii cancellarium supremum constitutum ideoque splendido titulo *Su'l-rijasetein*, i. e. *ὁ των δυαιν αρχων* (**) seu *ὁ δισαρχων*, auctum esse. (***)

6.

Notab. cus. بمدينة اصبهان سنة احدى ومايتين *in Urbe Ifpahani a. ducentesimo primo.* (a. H. 201 = Ch. 816-7.)

In inf. A. I. المشرف *El-Muscharraf*, aut *el-Muschrif*, minus distincte expressum.

A. II. Numo proxime præcedenti congruit.

De المشرف (cujus figuram, et quidem ad bina numi proxime sequentis exempla, denuo æri incidendam curavi, v. Tabell.) conjecturas nonnullas proposui in Beiträge p. 21 sq. et in Mémoires

(*) Ill. Tychsenium in pristinâ de hac formulâ sententiâ, quam ut prorsus alienam dudum explosi, etiamnunc perseverare video ex ej. Comment. de Defect. pagg. 76. 83. 91.

(**) Sic ad fidem verborum interpretatus est Reiske ad Allgem. Weltgesch. v. Guthrie u. Gray, T. IV, P. I, p. 674.

(***) v. Beiträge p. 20 sq. Mémoires de l'Acad. T. IX, p. 614. 618. (p. m. 52. 55. sq.) — Minus recte de hoc titulo sentire videtur præstantissimus Schlosser, qui (Weltgesch. T. II, P. II, p. 399) sic habet: „*Wegen* seines Einflusses auf Mamun nannte *man* ihn Su'l-rijasetein (Besitzer zweier *Leitungen*).“ — Quod reliquum est, hunc titulum per aliquantulum temporis etiam post hunc Fafzlum e medio sublatum sub Chalifatu Mamuni obtinuisse II. cc. innui.

de l'Acad. T. IX, p. 618. (p. m. 56.) Hic facere non possum, quin memoriam retractem lectionis ejus, quam in Numoph. Orient. Pot. p. 24 in medium tuli inermem quidem nudamque omni præsidio, quamvis hoc ut aliquà ex parte compararetur, non prorsus indigna videtur esse. Jam experiamur. اشراف على الشى significat etiam: *præesse* s. *præsidere alicui rei*, *curare*, *moderari eam;* quam notionem a lexicis nostris abesse video. Sic Jakut in Mo'addschem-el-buldan: تقدم اليهم ان يشرفوا على البناء *eos regere ædificationem jussit, summam curam ædificandæ* (urbis) *iis mandavit;* Ibn-el-'Amid p. 162: الزم نفسه الاشراف على الدواوين Chalifa *suum existimavit, ipsum tribunalibus* s. curiis *præsidere, summam eorum curam ipsum sustinere.* Inde participium مشرف *muschrif* denotat *inspectorem, curatorem, moderatorem* alicujus rei, veluti rei familiaris; sic in Historià X. Vezirorum ed. Knœs, p. 17: لم يجعل وكيلا ولا مشرفا بل اعتمد عليه herus *nec curatorem nec muschrifum* (moderatorem, administrum rei domesticæ suæ) *constituit, uni illi confisus.* Quid, quod in longe altiore etiam dignitatis gradu collocatum indicat, ut ex Ibn-Challekano in vitâ τῦ Dschemal-el-din Mu'hammed el-Dschawad (p. m. 475) intelligo, juxta quem Sengy Atabek hunc ipsum Dschemal-el-dinum, quem Nisibi & Ra'habæ præfectum in interiorem amicitiam admiserat, *Muschrifum totius sui regni* (مشرف مملكته كلها) constituit. Hunc maxime locum advertere oportebit eumque ad numorum nostrorum usum accommodare, in quibus titulus المشرف absolute positus forte eodem sensu ampliore accipiendus est.

7.

Notab. cus. ibid. et eod. anno. In inf. A. I. idem, de quo modo disseruimus, المشرف. A. II. ut in N° 5. & 6.

Observandus hic numus eà quoque de caussà est, quod in eo primo duplicem marginis P. I. inscriptionem deprehendimus. Circulo nimirum exteriori inscripti sunt versiculi 4. & 5. Suræ XXX.

qui exordiuntur his verbis: لله الامر من قبل *Dei erat critque imperium* &c. (*). Antiquissimum numorum ad hunc modum compositorum nuper (**) producebam eum, qui cusus a. 202 Mamuni, 'Aly-Rifzæ et τȣ διϭϭαςχοντος nomina junctim exhibet, nec facere poteram, quin mirarer, quod maxime ad numorum Rifzæ nomini inscriptorum normam hac in caussà conformati fuerint, quotquot deinceps a Mamuno ceterisque Chalifis et ab Emiris signati sunt. Ab hoc numo nostro, haud scio, an rei facies alia facta, novique hujus instituti prima origo a Fafzlo ducenda sit, quamquam meminisse expedit, numum hunc, etsi nomen Rifzæ præseferat, eo ipso anno esse cusum, quo, testibus plerisque historiarum auctoribus, hic 'Alides heres Chalifatùs renunciabatur.

Etsi igitur etiamnunc in medio relinquendum est, num hanc rem gestam an aliam aliquam respexerit, qui illos versiculos primus numis addebat, non tamen alienum visum fuerit, circa notionem, quæ uni alterive vocabulo eorum subjicienda est, paucula annotare. Quo melius orationis contextus percipiatur, ipsos versiculos junctim cum iis, quos proxime excipiunt et quos proprie spectant, adducere expediet. Locus autem Koranicus cit. sic habet: غُلِبَت (alt. lect. غَلَبَت)
الروم * فى ادنى الارض وهم من بعد غلبهم سَيَغْلِبُون (alt. lect. سَيُغْلَبُون) *
فى بضع سنين * لله الامر من قبل ومن بعد ويومئذ يفرح المومنون * بنصر الله
i. e. *Græci victi sunt in terrâ valde propinquâ, sed intra paucos annos post hanc acceptam cladem ipsi superiores discedent.* (***)

(*) Hac eàdem duplici marginis inscriptione aucti sunt etiam quotquot jam a nobis hìc recensebuntur numi, si excipias Aghlebidicum N° 12. insignitum.

(**) in Mém. de l'Acad. T. IX, p. 619. (p. m. 57.)

(***) Vel, alteram lectionem si sequeris, *Græci vicerunt — sed post hanc reportatam victoriam ipsi superati recedent.* De hac lectionis varietate, quam Glossæ Korani Petropolitano-Kasanensis annotare neglexerunt, vid. l. Bar. de Sacy in Mém. sur la litterature des Arabes p. 100 et in Gramm. Arab. T. I, p. 203.

Dei erat eritque imperium; illo autem die (quo scil. belli fortuna in meliorem versa fuerit partem) *auxilio divino lætabuntur Fideles.* Hunc in modum posteriorem partem horum versiculorum vertendam censeo. Neque vero omnes interpretes ita accepère. Leve quidem est, quod Maracci, Sale, Clewberg, Aurivillius, vocabulo الامر vim *negotii* tribuerunt, minus aptam, si quid video, huic loco, qui potius significationem *imperii* requirere videtur. الامر autem et الملك passim promiscue adhibentur. Gravius est, quod a plerisque, ut Reiskio, Adlero, utroque Tychsenio, Hallenbergio, Mœllero, Castiglionio, et a memet ipso (*) verba ويومئذ يفرح versa sint: *jam lætentur* Fideles; *und nun mögen* die Gläubigen *sich freuen; ed è tempo* che i fideli *si rallegrino.* Hanc enim interpretationem usus vocabuli يومئذ non patitur, quippe quod non *jam, nunc,* significat, sed *illo die, tunc temporis,* idemque valet atque يوم ذاك, vel في ذلك اليوم. Grammaticos Arabicos si audis, يومئذ positum est pro يوم اذا هذا الشي يكون *die, quo hoc fiet, accidet* (**); sed non dubium est, quin etiam eandem vim habeat atque يوم اذ كان هذا الشي *die, quo hoc fiebat* vel *accidebat.* Vertitur nempe in eo, utrum cum verbi præt. an aor. conjunctum offeratur. Jam hoc, quem præ manibus habemus, loco aoristus obtinet, qui hîc non nisi temporis futuri notionem habere potest, idcoque ويومئذ يفرح vertendum est: *et illo die* (quo scil. fortunæ vicissitudo acciderit) *lætabuntur* &c. Male Marsden (***) τῷ يفرح vim temp. imperf. attribuit, vertens: *et tunc lætabantur* &c.

(*) in Mém. T. IX, p. 619. (p. m. 57.)

(**) S. de Sacy Gramm. Ar. T. I, p. 304.

(***) v. ejus Numismata OO. illustr. P. I. passim

8.

Notab. cus. بسر من راى سنة تسع وثلثين ومايتين *in Serrmenra' anno ducentesimo tricesimo nono.* (a. H. 239 = Ch. 853-4.)

De Serrmenra', vulgo per contractionem Samerra' &c. dictâ, quæ, postquam Chalifatui aliquamdiu domicilium ac sedem præbuisset atque per id temporis ad summum opulentiæ et prosperitatis fastigium pervenisset, dudum jam fere non nisi ruinas ostendit et tantum non desolata est, geographi & itineratores consulantur. Adi etiam sis Beiträge p. 32 ubi summam fatorum hujus urbis delibavi et Mémoires de l'Ac. T. IX, p. 623 (p. m. 61), ubi quæstionem aliquam de tempore, quo urbs alto a culmine ruerit, inchoavi.

In inf. A. I. ابو عبد الله *Abu-Ȧbd-ullah*, de quo postea sermo erit.

In inf. A. II. المتوكل على الله *El-Mutewekkil-'al'-allah*, qui tunc temporis Chalifatui præerat. Huic ab initio, si Masudyum (*) audimus, titulus *Muntafir-billah* (i. e. is, qui ope divinâ adjuvatur vel adjuvandus est, Victor) inditus, sed biduo post cum titulo *Mutewekkil-'al'-allah* (**) (s. qui in Deo fiduciam suam collocat) mutatus est. Hoc num vere ita se habeat? Nec sane ab ullo alio rerum Arabicarum scriptore hanc rem traditam esse video, nec ullus mihi numus oblatus est, eam qui testimonio suo comprobet. Quid? si illo priore titulo non hic Chalifa, sed Mu'hammed, Wa-

(*) v. Notices & Extr. I, 63.

(**) Herbelotio audit Motavakkel *billah*: sed hunc hujus tituli scribendi modum nullus auctorum Mu'hammedanorum tuetur.

siki filius, quem in patris demortui locum magnates nonnulli sufficere, quamquam irrito successu, studuerant, nuncupatus fuerit. (*)

Exstat apud Ibn-el-'Amidum (Elmacinum) p. 149 locus valde memorabilis, qui nos docet, et quo ordine Mutewekkil tres ex filiis suis sibi in Chalifatum succedere voluerit, et quas singulis jure beneficiario tribuerit provincias prædiaque (vel si mavis, quarum singulis provinciarum summum mandaverit præsidium) et quid circa rei monetariæ præfecturam constituerit. (**) Hujus loci, procul dubio e chronico Taberyi petiti, ad hunc aliosque hujus Chalifæ numos omnino rationem habere oportet. At apud Ibn-el-'Amidum textus ejus corruptus passim & mancus prostat, quam geminam labem in versionem Erpenianam transiisse nemo mirabitur. (***) Visum itaque est, hunc locum latine versum proferre ad fidem textûs probi & integri, qualem inveni in antiquissimo et optimæ notæ codice Arabico Chronici, تاريخ الصالحى *Tarich-el-Sali'hy* a manu seriore inscripti, quod, a rerum Christianarum historià si recesseris (hac enim caret), pro altero quasi et quidem integriore Ibn-el-'Amidi Historiæ Saracenicæ exemplo habere licet. Quæcunque ab

(*) Nec id non monendum est, hunc eundem titulum *Muntaſir* deinceps uni filiorum Mutewekkili impositum esse.

(**) Nec sane negligendus hic locus est vel propterea, quod non solum complurium obsoletorum urbium nominum renovat memoriam, sed quoque maximam partem provinciarum, quæ tunc temporis adhuc in potestate Chalifarum erant, oculis nostris subjicit et, quantis opibus & copiis Chalifatus etiam regnante Mutewekkilo floruerit, docet. Videmus jure utique de hoc Chalifâ Emirum Muſtafam in Historià suà prædicare potuisse: هو من اعظم الخلفاء العباسية دانت له الدنيا شرقا وغربا وصفا له الايام „erat unus de maximis inter Chalifas 'Abbasidicos: Oriens et Occidens ei parebat, et tempus imperii ejus tranquillum turbisque vacuum erat.“ (cf. Fachr-el-din in de Sacy Chrest. Ar. I, p. 66.) „At post eum (ut eum Lubb-et-Tawarich p. 55. dicam) væcordià filii Abbasidarum imperium declinavit“ &c.

(***) Ex Erpenio hunc locum repetiit cel. Schlosser in Weltgeschichte T. II, P. II, p. 408.

Ibn-el-'Amido vel discrepant vel plane absunt, *litteris inclinatis* designabo, his quidem textum Arabicum nominibusque rarioribus brevem explicationem in notis additurus.

„Anno 235 (= Ch. 849-50) Mutewekkil futurum sibi in Cha„lifatum successorem filium suum Mu'hammedem Muntafir (1)„billahum, huic autem alterum filium Abu-'Abd-ullahum Mu'„tessum, et huic denique tertium filium Ibrahimum Muaijed„billahum nuncupavit; factum hoc est die Sabbati vicesimo sex„to (2) mensis Su'l-'heddsehæ. Bina singulis tradidit vexilla, unum „nigrum, quod vexillum erat dignitatis Chalificæ, alterum album, „quod præfecturæ. Atque Muntafiro quidem assignavit Afri„kiam (3) et totum Maghreb, inde ab 'Arisch, Aegypti urbe, (4) „ad extremos usque imperii ipsius in *Occidente* (5) fines, et (6) „thema Kinnesrin et urbes tutelares (7) et *fauces Syriæ* (8) et „*Mesopotamiæ* (9) et *Diar-Mofzar* (10) et Diar-Rebi'a et el-

(1) Perperam apud Ibn-el-'Amid. et hîc et alibi *Mustanfir* audit.

(2) لثلث بقين . Quod apud Erpen. legitur لليلتين بقين („die 29"), utpote linguæ Arabicæ legibus non consentaneum, respuendum esse patet.

(3) Libyam.

(4) Muntafir jam inde ab a. 232 juxta Ibn-el-'Amid. p. 148, vel ab a. 233 juxta Schems-el-dinum Mu'hammedem (in Not. & Extr. T. I, p. 280) Aegypto præfuit.

(5) من الغرب

(6) Hanc copulam hîc ad nauseam usque a me ad textûs fidem repetitam non temere esse, facile intelligetur.

(7) *el-'Awafim* (die Schutzcantone) tractus Antiochiæ, fere Cyrrhestica veterum.

(8) الثغور الشامية Pylæ Ciliciæ. Apud Ibn-el-'Amid: *Syria*.

(9) الجزرية Confinia muslimicæ et hostilis ditionis a Malatiâ ad Mer'asch usque, Comagene veterum. Apud Ibn-el-'Amid: *Mesopotamia*.

(10) ديار مضر Apud Ibn-el-'Amid: Diar-*Bekr*.

„ Maufil et *Hit* (1) et *el-'Anat* (2) et el-Chabur et Karkisia *et* „ *nomos Ba-Dscherma* (3) et Tekrit *et districtus el-Sowad* (4) „ et nomos Tigridis et geminum Sacrarium (5) et el-Jemen *et* „ *'Akk* (6) et Hafzramaut (7) et el-Jemama et el-Be'hrein et el- „ Sind *et Mekran et Kandabil et Fardsch-bab-el-seheb* (8) *et no-* „ *mos* (9) el-Ahwas et *frugum messes* (?) *in* Serrmenra' (10) *et* „ *Mah*-el-Kufa (11) et *Masendan* (12) et *Mihridschan* (13) et Scheh-

---

(1) هيث Male Erpen. هبب *Habab.*

(2) Erp. العايات *Ajat*, male. Nostri Codicis العانات *el-'Anat* eadem est atque عانة *'Ana*, urbs supra Anbar ad Euphratem sita, olim quidem ad utrumque ejus ripam et in insulâ interjectâ; unde nominis num. plural. Ceterum non memini, me hoc nomen articulo auctum alibi offendisse. — Ill. quidem Hammero (v. Wien. Jahrb. der Lit. T. XIII, p. 234) 'Ana eadem est atque *Anatot* ענתות Hebræorum, urbs patria Jeremiæ prophetæ. Sed hæc in Palæstinâ haud procul ab Hierosolymis quærenda est.

(3) كور باجرمى (de q. vid. Assemanii Bibl. Or. Clem. Vat. T. III, P. II.) deest apud Erpen.

(4) طساسيج السواد Hoc etiam caret Erpen.

(5) s. Mekka & Medina.

(6) عك (no. districtûs alicujus Jemensis) deest apud Erpen.

(7) حضرموت absq. art.

(8) ومكران وقندابيل وفرج باب الذهب Horum loco in Hist. Sarac. non legitur nisi وما ولاها, pro quo certe rectius scripseris وما والاها. Ceterum *Kandabil* erat urbs primaria Nedluæ provinciæ Sindicæ, quæ hodie Beludschistan audit. — *Fardsch b. el-s.* eadem est atque Multan urbs.

(9) كور

(10) المستغلات بسر من راى Apud Erpen.: *Sacalæ* (السقالات) *et Samarra.*

(11) ماه الكوفة i. e. Dinewer. v. postea ad Num. 22. — Erp. non nisi *Cufam* habet.

(12) ماسندان Scribunt et ماسبذان *Masebdan.* Erpenii autem *Maseidan* nulla idonea auctoritas tuatur. v. Reiske ad Abulf. Ann. II, not. 55.

(13) مهرجان de q. v. Uylenbroek Iracæ Pers. Descript. — Erpen. male: *Hazran.*

„ resur *et Darabad et Sameghan et Iſpahan* (1) et Komm et Kasan (2) et *Kaswin et res* (3) el-Dschebal et quæ ad *el-Dschebal* accensentur prædia & decimas Occidentis (4) in el-Baſrà."

„ Quæ autem filio suo Mu'tess-billaho assignabat, sunt: nomi Chorasan (5) et quidquid ad eos accensetur (6) et Tabristan et el-Rey et nomi Faris et Arminia et Aserbeidschan. Ejusdem etiam curæ a. 240 æraria omnium provinciarum et officinas monetarias tradidit ejusque nomen numis inscribi jussit."

„ Filio denique Muaijid-billaho assignavit thema Dimeschk et thema 'Hems et thema el-Ordonn (7) et thema Falestin. (8)

---

(1) ودارااباذ وصامغان واصبهان quæ tria nomina apud Erpen. desunt. — De *Darabad* cons. Assem. l. c. — *Sameghan* (pers. بيان *Bimjan*) nomus Dschebali est in finibus Tabristaniæ. (Jakut.)

(2) *Kaschan* rectior et usitatior hujus urbis nominis orthographia est.

(3) قزوين وامور apud Erpen. desunt. Sed *res* vel *caussæ* Dschebali quid sibi velint, non magis me intelligere fateor, quam quæ duo proxime memorantur.

(4) الغرب

(5) خراسان

(6) Puta Mawarelnahr &c.

(7) Jordan.

(8) Abu'l-faradsch in Chron. Syr. p. 163, quid Mutewekkil de filiorum in Chalifatum successione constituit, silentio quidem transmittit, provincias autem singulis ab eodem assignatas, quamvis minus latius et diligentius, recenset: „Tertio „ anno imperii Mutewekkili (ergo a. 235) tres ejus filii certis præfecti sunt pro„vinciis, et Muntaſirum quidem (præfecit) Africæ, Aegypto, Mesopotamiæ, As„syriæ, Chaburæ, Karkisunæ, Tagritæ, Temanæ (*a*), terræ Schebæ et Sa-

---

(*a*) תימן Hebræorum, — *Idumæa*, ut volunt. Sed quidni hic *Jèmen* potius innuatur?

Hæc maximæ partis provinciarum Chalifatûs inter filios principes hereditarios distributio (*) quâ ratione existimanda sit, accuratius disquirere operæ pretium foret. Etenim quum singulis pro-

„bæ (*b*) ad fines Indiæ, Schehersuræ, Iffahanæ, Kumæ, Kaschanæ, (*c*) Kaswinæ „omnibusque montibus Persiæ (a. toti provinciæ Dschebal). — Mu'tessum „autem, filium alterum, Chorasanæ, Tabristanæ, Reyæ, Armeniæ et Aserbeid„schanæ præfecit. Eidem etiam publicorum redituum totius imperii Arabici „cura tradita est. — Muaijedum denique, tertium filium, Damasco, Emessæ, „regioni Jordanicæ et Palæstinæ præfecit."

Idem auctor in opere suo Arabico (p. 259), ubi diserte tradit Mutewekkilum a. 235 constituisse, ut memorati tres filiorum suorum eo, quo apud Taberyum legimus, ordine in Chalifatum succederent, provincias illas strictim perscripsit: „Vexillo unicuique eorum dato, Muntafirum 'Irakæ, 'Hedschasæ & Je„menæ, Mu'tessum Chorasanæ & Reyæ, Muaijedum Syriæ præfecit."

Abu'l-feda, integro Taberyi loco prætermisso, tantummodo ad a. 233 annotavit (Annal. T. II, p. 184), Muntafirum Meccæ et Medinæ, Taifæ et Jemenæ præfectum fuisse.

(*) Tabery verbo ضم parum definite utitur. ضم proprie denotat: *comprehendere, colligere*, dein, cum الى pers., *comprehensum, collectum dare alicui*, de-

(*b*) שבא וסבא *Scheba et Seba*, Psalm. 72: 11, — *Sabæa & Meroë*, ut interpretes statuunt; quamquam ad posterius quod attinet, valde dubium mihi esse videtur. Puto potius sub סבא *Seba* intelligendum esse شبا *Schaba* illud, de quo Jakutus in Lexic. geogr. majore hæc tradidit: والشبا ايضا مدينة خربت باوايل يعني بارض هجر والبحرين (lego باوال) *el-Schaba est etiam nomen urbis nunc dirutæ in Owal, scil. in terrâ Hedschr & el-Be'hrein.* Quo admisso, Syriaca חימן, שבא et סבא Arabicis *Jemen, Hafzramaut, Jemama et el-Be'hrein* responderent.

(*c*) Nomine קורין, quod hic in textu Syriaco offertur, putaverit quispiam significari قورين *Kurin* Mesopotamiæ, cujus Jakut & Firusabady mentionem faciunt. Sed ex cel. Bernsteinii Spec. I. emend. Barhebr. p. 43 intellexi, hoc קורין *Kurin* non esse nisi errorem calami, primum male sic exarantis id, quod proxime recte scriptum sequitur, *Kaswin*, ideoque in uno Cod. Ox. notâ, quæ delendum esse indicet, insignitum esse, in altero autem prorsus desiderari.

vinciis suos fuisse præfectos seu legatos, quos ex parte ipsos temporis illius historia nominatim memorat, constet, num igitur hi filii principes summam harum provinciarum præfecturam tenuisse, eorum autem vice Emiri iisdem præfuisse censendi sunt? an harum terrarum reditus illis in sumtum assignati (appanage) fuere? at enim vero tot tamque vastas provincias iis solis hoc consilio concessas esse, difficile ad fidem est; an vero non nisi certorum in illis provinciis redituum vel vectigalium usum fructum iis attributum existimemus? tale quid ut statuas, innuere sane videntur المستغلات بسر من راى et صدقات الغرب بالبصرة (v. supra p. 420 l. 6 et p. 421 l. 3.). At non vacat nunc quidem hanc rem accuratius cognoscere. Redeundum ad numum est, cujus caussà locum illum Taberyi adduximus.

Qui in ejus inf. A. I. inscriptus reperitur *Abu - 'Abd - ullah*, filius est Mutewekkili supra memoratus, qui vero et proprio nomine Mu'hammed, vel, ut alii volunt, Sobeir audiebat, deinceps titulo *Mu'tess - billah* (*) auctus est et sub eo Chalifatum gessit. Ab initio sub illo prænomine, deinceps hoc sub titulo in numis omnibus apparet, quos aut Mutewekkil Chalifa aut Tahir II. Emirus inde ab a. 237 usque ad a. 247, quo Mutewekkil periit, cudi fecerunt. En numos Mutewekkili nomine auctos, quotquot hucusque mihi innotuere, brevi in conspectu positos.

A) cum solo *Mutewekkili* nomine

a. 233. Medinet - el - salam.
a. 234. Serrmenra'. — Faris. Schasch.
a. 235. Medinet - el - salam. Bafra.

---

nique universe: *dare*, *tradere*, *committere* alicui aliquid, veluti præfecturam provinciæ, imperium militare. Abu'l - faradsch in Chron. Syr. verbum אשלט, in Arab. ولى (*præficere*) adhibet.

(*) Vertere licet: *qui Dei ope gloriâ excellit*, vel *potens est.* — (Mouradgea d'Ohsson hunc titulum profert *Moeutiz;* sed المعتز peccatum grammaticum est.)

B) cum nominibus *Mutewekkil* et ***Abu-'Abd-ullah***

a. 237. Medinet-el-salam.
a. 238. — Mu'hammedia.
a. 239. Serrmenra'.
a. 240. — Mu'hammedia.

C) cum nominibus *Mutewekkil* & ***Mu'tess***

a. 240. — Medinet Mah-el-Kufa.
a. 241. — Merw.
a. 242. Medinet-el-salam. — Merw.
a. 243. — Mu'hammedia. Merw. Schasch.
a. 244. Medinet-el-salam. Bafra. Dimeschk. — Faris. Samarkand (*). Schasch.
a. 245. — Merw.
a. 246. — Merw. (**)

In horum numorum nullo quum Muntafirum, neque cum hoc suo titulo, nec cum proprio nomine Mu'hammed, nec denique cum

(*) Ex Museo cels. Com. N. de Romanzow. Tychsen in Addit. p. 26 etiam ex Museo, quod quondam Adleri Berolinensis fuit, numum Mutewekkili Samarkandensem hoc ipso anno cusum memoravit, in quo, siquidem, ut ibi dictum, in ceteris cum Borgiano a. 237 (apud Adler. T. II, N° XXIII.) congruit, *Abu-'Abd-ullah*, non *Mu'tess* inscriptum sit necesse est. Sed hoc ipsum posterius nomen ibi quoque adesse opinor.

(**) Ex b. Tychsenii litteris etsi præter hos alii nonnulli hujus Chalifæ numi mihi innotuerunt, eos tamen hîc admittere non placuit, quia inscriptionum rationem minus accurate mihi indicavit vir præstantissimus. Ceterum inter eos deprehendebam numum a. 247, notabilem a loco, ubi cusus est, مدينة (المدينة) المتوكلية *Medinet-el-Mutewekkilija.* Hæc autem eadem urbs est atque الجعفرى *el-Dscha'fery* (suppl. القصر), quam a. 246 prope Samerram Mutewekkil condiderat. In eàdem postquam a. insequente trucidatus esset, cives Samerram remigrârunt, relictâ novâ urbe, quæ mox prorsus desolata. Ita Jakut. coll. Ibn-el-'Amid. p. 151 & Abulf. Ann. T. II, p. 204. Quod restat, moneo, nomen Mutewekkilis geographos cum veteres tum recentiores fere præteriisse.

prænomine Abu-Dscha'far, inscriptum videamus, quamquam huic ipsi, quem exeunte anno 235 Mutewekkili, nemine interjecto, successorem futurum nuncupatum esse legimus, jus nomen suum numis more illius ævi addendi præ ceteris fratribus competeret; quum e contrario, ejus loco nomen Mu'tessi, fratris, et non modo demum inde ab a. 240, quo huic curam rei monetariæ per omnes Chalifatûs provincias commissam Tabery tradit, sed jam aa. 237 (*), 238 (**) et 239 (***), et insuper in talium urbium numis, quæ ipsi, testibus auctoribus, neutiquam assignatæ erant: esset sane, quod nobis in suspicionem veniat, Mutewekkilum illum successionis ordinem a. 235 constitutum non ita multo post immutâsse et jus sibi proxime in Chalifatum succedendi, Muntafiro ademtum, in Mu'tessum transtulisse. Sed auctoribus de ejusmodi mutatione silentibus, (****) non

(*) in Mus. quond. Borg. (v. Adl. P. II, N° 23) et in Mus. reg. Stockholmiæ (v. Hallenb. Numism. OO. P. I, p. 124).

(**) in Mus. Sprewitziano v. inf. N° 15.

(***) Ipse est, quem nunc cum maxime tractamus, numus. coll. numo Mus. Pflug. v. Beiträge p. 34. — Dolendum, numum anni 236 nondum oblatum esse.

(****) Opinionem illam de mutato successionis ordine tueri quidem videatur Eutychius, apud quem (T. II, p. 446) legimus: „Mutewekkil fidem jussit jurejurando in„terposito præstari tribus filiorum suorum, Mu'hammedi Muntafiro, Ibrahimo „Muaijedo et Abu-'Abd-ullaho Mu'tesso; فولاه العهد فى اول سنة ستة (l. ست) وثلاثون (l. وثلاثين) ومايتين „*tunc eum successorem suum* „*in Chalifatum nuncuparit ineunte anno* 236." Hic locus si recte haberet et pronomen affixum ـه in ولاه, id quod Pocockio visum est et probabilior ratio ferre videtur, ad eum, qui ex illis tribus filiis postremo loco nominatus est, referendum esset, Mu'tessum utique a. 236, Muntafiro posthabito, proximum heredem Chalifatûs declaratum eâque de caussâ nomen ejus in numis jam inde ab a. 237 potuisse inscribi videremus. Verum enim vero non dissimulabo, esse, quod textûs extremi, ubi oratio impeditior procedit, integritatem in dubium revocem. Vix temperare mihi possum, quin asseram, pro فولاه legendum aut فولاهم vel potius بولاية, ita ut sensus totius loci hic sit: „Mutewekkil tribus filiorum suorum Muntafiro, Muaijedo et Mu'tesso successoribus sibi in Chalifatum nuncupatis jurejurando fidem promitti jussit ineunte anno 236." Quo ad-

suppetere videtur ad expediundam, quam numi objiciunt, difficultatem via alia, quam ut statuas, non demum a. 240, prouti Tabery vult, sed jam antea, certe jam a. 237 rei monetariæ, curam supremam Mu'tesso commissam esse; quamquam titulus *Mu'tess* anno demum 240 in numis, qui antea prænomen *Abu - Àbd - ullah* inscriptum gesserant, comparens hanc et ipsam opinionem in dubium revocet.

Horum maxime temporum Chalifatûs quum imaginem non nisi adumbratam historia exhibeat, haud ab re duxi caussam hanc nullius non momenti commovere et, ut possum, tentare.

---

misso, cum oratio apte cohæreret, tum Eutychius a reliquis auctoribus non discreparet, nisi eo, quod paullum diverso ordine filios principes unum alteri successuros fuisse et rem a Tabery ad exeuntem a. 235 relatam in initium anni proxime insequuti incidisse referret. — Neutiquam tamen negari potest, Mutewekkilum id agitàsse, ut jus sibi proxime succedendi, ademtum Muntafiro, in Mu'tessum transferret. Discrtis verbis id asserit Emir Muſtafa in magno opere historico, quod inscriptum تحفة الاديب وهداية الاريب p. m. 57: وكان المتوكل بايعه (يعنى المنتصر) بولاية العهد ثم انحرف عنه واراد ان يعزله ويولى ولده المعتز فابى المنتصر ينعزل الخ „Mutewekkil Muntafirum „successorem sibi futurum nuncupaverat; deinde autem ab eo alienatus eundem „hoc jure privare filiumque suum Mu'tessum in ejus locum sufficere volebat. „At Muntafir jure suo decedere recusabat; cum igitur pater modis omnibus „lædere et injurià afficere non desiit“ &c. Nec tale consilium non innuit, quod Mu'tessum, non Muntafirum, loco patris minus commodâ valetudine utentis, Chutbam habuisse historia tradit. (*a*)

(*a*) Apud Ibn - el - 'Amidum p. 150, b, ubi hic casus narratur, multa desunt, ex Tarich - el - Sali'hy supplenda.

9.

Cus. *in Urbe salutis anno* اثنتين واربعين ومايتين *du-centesimo quadragesimo secundo.* (a. 242 = Ch. 856-7.)

In inf. A. I. المعتز بالله *El - Mu'tess - billah.*

A. II. p. p. *El - Mutewekkil - 'al' - allah.*

MU'TESS.

10.

Cus. : : : : : : بسر من راى سنة ثلث وخ *in Serrmenra' anno* ducentesimo *quin*quagesimo *tertio.* (a. H. 253 = Ch. 867.)

In inf. A. II. المعتز بالله ‖ امير المومنين *El-Mu'tess-billah* ‖ *Emirus Fidelium.*

MUKTEDIR.

11.

Cus. بمدينة السلام سنة تسع وثلثماية *in Urbe salutis anno trecentesimo nono.* (a. H. 309 = Ch. 921-2.)

In inf. A. I. ابو العباس بن ‖ امير المومنين *Abu'l-Ábbas, filius* ‖ *Emiri Fidelium;* idem, qui deinceps, interjecto Kahiro, ad Chalifatum pervenit cum titulo *Rafzi - billah.*

In inf. A. II. المقتدر بالله *El - Muktedir - billah.*

Doleo, quod edenti mihi Ibn - Fofzlanum de Russorum moribus hic numus non adfuerit. Profecto inveniri non potuisset, qui

hoc aptior illi adjungeretur comes. Nimirum ab eo ipso Chalifà signatus est, a quo ille ad Bulgharorum Regem legabatur, eàdem in urbe, unde ille proficiscebatur, eodemque anno, quo itineri se committebat. Fieri posset, ut ipsa illa Legatio tum hunc numum tum reliquos, quos vel ei aequales vel aetate eo superiores Chersonesi repertos esse dicunt, in regiones Wolganas attulerit, unde deinceps a mercatoribus sive Russis sive Chasaris Chersonesum apportati sint. —

COMMENTATIO ALTERA

NUMOS EMIRORUM

COMPLECTENS.

III.

NUMUS

EMIRI AGHLEBIDICI.

IBRAHIM I.

12.

Notab. cus. بافريقية (ut videtur) سنة سبع وثمنين (و) مية *in Afrikijá anno centesimo octogesimo septimo.* (a. H. 187 = Ch. 803.)

Areæ I. par ratio est cum 'Abbasidarum priorum numis.

A. II.	غلب	*Vicit*
	محمد رسول	*Mu'hammed Apostolus*
	الله صلى الله	*Dei est; Deus faveat*
	عليه وسلم	*ei beneque velit.*
	ابرهيم	*Ibrahim.*

(٧. Tabell.)

مما امر الامير المامون عبد الله بن امير المومنين M.

(Numum cudi) *jussit Emirus el-Mamun Âbd-ullah, filius Emiri Fidelium.* (v. Tab.)

Utriusque Partis inscriptio marginalis litteris exarata est minutis et in longitudinem extensis indeque passim ita mutatis, ut non adeo facile agnosci queant. Hac in caussâ nomen etiam versatur urbis, cujus ex officinâ monetariâ hic numus prodiit: tam imperspicue id expressum est, ut veritus, ne chalcographus in reddendo eo frustra laboraret, in æs incidi noluerim. Attamen, nisi me omnia fallunt, in tenuissimis et obscuris litterarum ductibus aliud præter افريقية *Afrikija* (*) latere non potest. (**) *Afrikia* autem 1) nomen est, quo eam fere Africæ septentrionalis partem, quæ hodie resp. Tunetanam & Tripolitanam comprehendit, Arabes designant, non magnopere eà de appellatione dissentientes cum Veteribus, apud quos, veluti Ptolemæum, Africa s. Africa propria ab Ampsaga fluvio ad Cyrenaicam producebatur, quà ratione Numidia, Carthaginiensis regio et Tripolitana continebantur (***); 2) more Arabibus solemni (****) ipsam etiam hujus provinciæ urbem primariam denotat. Jam Reiske (*****) ad Num. XII. a Kehrio editum cusum *in Afri-*

(*) Notandum est, a Jakuto, Ibn-Challekano & Firusabadyo hoc nomen *Ifrikija* pronuntiari.

(**) In Umaijadarum quidem numis hoc nomen quam maxime perspicuum cernitur, contra quam in plerisque sub Chalifatu 'Abbasidico ibidem cusis est, in quibus quippe haud raro satis obscurum; unde factum, ut in posterioris generis numis interpretes fere non caperent, veluti Adler in Mus. Borg. & Assemani in Naniano. Etiam b. Tychsen in Introductione atque in Addit. nullam hujus nominis mentionem fecit; quamquam nullus dubito, quin id lateat in *Rakkâ* (Intr. p. 65) et in *Mu'hammediâ* (Add. p. 17).

(***) v. Cellarii Notit. orbis antiq. T. II, p. 864 sq.

(****) Scil. suppl. مدينة *Urbs* i. e. Metropolis; sic e. c. Panormum in numis صقلية *Sikilia*, in pallio illo Imp. Rom. Germ. inaug. plenius مدينة صقلية *Urbs Sikiliæ* audit.

(*****) v. Eichhornii Repertor. f. bibl. u. morg. Litt. T. X, p. 203.

kid a. 180 (*) recte observabat: „Afrika war die Hauptstadt der „Provinz, die mit ihr gleichen Namen führte"; neque tamen, quam maxime urbem intelligi vellet, significabat. At dubium esse non potest, quin *Kairowan* urbs intelligenda sit. Hæc nimirum, annis H. 50 — 55 ab Arabibus condita, deinde per longum temporis spatium Afrikiæ provinciæ metropolis fuit. (**) Atque sane, quamvis geographorum et historicorum Arabicorum, quotquot mihi præsto sunt, nemo huic urbi nomen etiam provinciæ suæ fuisse tradat, quæ præter Kairowanam alia appellatione Afrikiæ in illius ævi numis, in quibus satis frequens offertur (***), intelligi possit, non video. (****) Neque vero est, quod ab auctorum silentio dubitationis quid animo nostro injici patiamur; multæ enim aliæ etiam civitates capitales suarum auctæ provinciarum nomine eâdem in caussâ versantur, veluti Schiras, quæ in numis fere فارس *Faris*, Berda'a, quæ in eis, اران *Arran* audit, all.; raro scilicet accidit, ut geographi Arabici urbi alicui primariæ commune esse nomen suæ provinciæ disertis verbis indicent, veluti Abu'l-feda de Serendsch Sedschistanæ, Ibn-el-Wardy de Amol Tabristanæ capite (*****); plerumque hanc rem, tamquam in vulgus pervulgatam, annotare supersedisse videntur.

(*) Ibid. T. XVII, p. 245 hic numus male juxta Kehrii pravam interpretationem recensetur, quamquam lectiones a Reiskio l. c. allatæ unice veræ sunt.

(**) Abulf. Tab. III: „El-Kairawan est urbs nova, sub Islamismi auspicia condi„ta. — Primis illis temporibus erat metropolis Africæ." Schems-el-din Dimeschky in نخبة الدهر fol. 120, a: القيروان — كانت مدينة افريقية فى صدر الاسلام „el-K. primis Islamismi temporibus urbs (i. e. prima civitas „s. caput) Afrikiæ erat."

(***) Occurrit in Umaijad. numis aa. 103. 109. 111. 113. 118, in 'Abbasid. autem inde ab a. 140 usque ad exitum fere sæc. II. De *Mehdiâ* igitur, a. 303 a Mehdy Chalifâ Fatimid. prope Kairowanam conditâ, quæ recentioribus certe etiam Afrikia audiebat, temporis ratio non patitur cogitare.

(****) Etiam Marsden ita explicuit. v. ej. Numismata OO. illustr. P. I, p. 434.

(*****) v. Abulf. Geogr. Tab XII. Ibn-el-Wardy ed. Hyland. p. 123.

Quodsi Ibn-el-Wardy (*) præter Kairowanam etiam Afrikiam, tamquam urbem ab illâ diversam, commemorat, et Bakuwy (**) p. 451 illam, p. 424 hanc describit, in eo non esse puto, quod magnopere offendamus. Nisi forte ipsis Mehdia urbs obversata fuerit, videntur, binis unius ejudemque urbis nominibus in errorem inducti, ex unâ urbe duas fecisse; nec id valde miremur in scriptoribus, qui, quam parum illas Africæ regiones cognitas habuerint, satis superque prodiderunt. (***)

Urbis nomen in numo nostro etiamsi obscurius adhuc esset, quid? plane agnosci non posset, tamen dubitare non liceret, *Ibràhimum*, qui in infimâ A. II. comparet, esse illum Aghlebi filium, qui a. H. 184 ab Haruno Afrikiæ provinciæ præfectus, deinceps Chalifæ imperio excusso dynastiæ Aghlebidicæ conditor evasit. (****) Efficitur id ex غلب *ghaleb* illo in eâdem numi Areâ supremâ obvio, quod omnium, qui hucusque innotuere, numorum Aghlebidicorum tamquam symbolum seu tesseram esse mox videbimus.

Quod præter hunc Ibrahimum, etiam *Mamunum*, tunc temporis jam alterum Chalifatûs successorem nuncupatum, huic numo inscriptum legimus, id non est, quod miremur, quoniam cusus est paucis modo annis post susceptam ab Ibrahimo præfecturam, quo tempore is certe nondum cœperat Chalifatui solemnes illos *Chutbæ* & *Sikkæ* honores negare, id quod, uti ex Cardonne patet (*****),

---

(*) ed. Hyl. p. 12.

(**) Notices & Extr. T. II.

(***) افريقية من حصون قبرس *Afrikia arx Cypri*, cujus regnante 'Omaró Chalifâ captæ Ibn-Koteiba mentionem facit (v. Abulf. Ann. T. I, not. 114. Eichh. Repert. T. XIV, p. 69), quà ratione existimanda sit, in integro relinquere cogor. Textum vitio laborare puto.

(****) Mortuus est a. 196.

(*****) Geschichte von Africa u. Span. übers. v. Murr. Th. II, p. 5.

deinceps ausus est, eo modo ulterius progressus, quam plerique aliorum Emirorum, qui, etsi pariter suæ quisque provinciæ imperium rapuerant, honores illos religiosos Chalifis habere non desiere. (*) Tempus, quo Ibrahimus hoc facto verum sensum nudare cœpit, nec a Cardonne nec ab aliorum auctorum meorum aliquo (**) annotatum invenio. Numorum si habeas rationem, anno 190 posterius statuendum esse videatur; nam, ut postea videbimus, hoc anno cusus exstat numus, qui pariter atque is, quem præ manibus habemus, Mamuni etiam nomen inscriptum fert. Serioribus Ibrahimi numis caremus; in iis autem, quos ipsius successores signari jusserunt, nec Chalifæ alicujus nec cujusdam ex filiis Chalificis nomen deprehenditur.

Quod denique Ibrahim, loco Haruni qui tunc Chalifatui præerat, nomen alicujus ex ejus filiis numis suis inscribebat, id illorum temporum consuetudo ita ferebat. Numismatica Arabica exemplis abundat probantibus, pecuniam, ut ab ipsis Chalifis, ita eorum jussu vel permissu a provinciarum Legatis etiam nomine filiorum Chalifæ, ut principum hereditariorum, cusam esse. Suspicari licet, id eo institutum fuisse consilio, ut patris de futuro sibi successore decretum magis ante oculos populi poneretur majoremque fidem nancisceretur atque auctoritatem. Sed quod *Mamunum* maxime, secundum Haruni filiorum, qui a. 182 (***) proximus ab Amino suc-

(*) v. numos Soffaridarum, Samanid. Buweih. all.

(**) Moneo in capite eo, quo b. Conde (Historia de la Dominacion de los Arab. en Esp. T. I, p. 390 sqq.) res Aghlebidarum enarravit, ut alia multa turbata sunt, ita quæ hujus dynastiæ initia et Ibrahimum nostrum spectant, obscura, manca et tenuia esse.

(***) Sic Mu'hammed Ben-'Aly 'Hamawy in Tarich Manfury. Abu'l-faradsch hanc rem ad a. 172 refert, Ibn-el-'Amid a. 186 adscribere videtur. Quæstionem hanc aliquando numi solvent. Eorum antiquissimus, qui mihi quidem hucusque innotuit, Mamuni, secundi in Chalifatum successoris declarati, nomen inscriptum gerens, anni 185 est.

cessor imperii declaratus fuerat, numis suis inscribere voluerit Ibrahimus, ejus consilii caussam me eo minus percipere fateor, quum Mamuno non provincias Chalifatûs Occidentales, sed Orientales a. 186 a patre assignatas esse constet. (*)

Numi Aghlebidici rari quidem offeruntur, et perexiguus numerus eorum est, quos hoc nomine notatos Adler, b. Tychsen, Castiglioni & Marsden suis in libris numismaticis in medium protulerunt. At enim vero præter hos editi jam exstant, qui et ipsi hujus dynastiæ sunt, quamquam id cum ipsos editores tum alios rei numariæ Arabicæ peritos fugerit. Hanc ob caussam quidquid numorum hucusque editorum hisce principibus vel recte jam attributum vel non minus recte attribuendum est vel, ut mihi quidem videtur, haud dubie etiam attribui oportet, collectum digestumque hoc loco recensere juvat.

IBRAHIM I. a. 187. cus. Afrikiæ, ipse hic, quem cum maxime descripsimus, Collectionis Spewitzianæ numus.

a. 185. vel 188. ib. cus. et numo, quem modo diximus, in ceteris simillimus. Servatur in Museo Asiat. Acad. Imp. Sc. Petrop.

a. 189. numus ille, quem, etsi nec ære expressum nec definitum Hallenb. in Numism. OO. P. I, p. 82 descripsit, cusum esse in Afrikiâ vel in 'Abbasiâ et pro علي *Aly* potius غالب *ghaleb* in supr. A. II. inscriptum gerere valde suspicor (**).

(*) v. Ibn-el-'Amid. p. 115 aliique auctt.

(**) Conjecturam nunc video comprobatam ab ectypo hujus numi gypseo, quod cum aliis pluribus ill. Hallenberg, quâ est in me benevolentiâ, petenti mihi haud ita pridem donavit; quamquam ad nomen quidem urbis, in quâ numus est cusus, definiundum, utpote eo loco detritum, non adjuvit.

a. 190. Afrikiæ cus. apud Marsden in Numism. OO. illustr. (P. I, N° XLII.) ubi Haruno attribuitur. Sed huic numo eadem atque Hallenbergiano modo laudato inscripta esse vix dubito. Certe الامير الومنين, quod pro الامير الامون in eo legendum autumavit editor, locum habere nequit.

SIJADET - ALLAH I. a. 209. numus ab Adlero in Mus. Borg. Cuf. P. II, N° LXXXIV editus, de quo multa et absurda b. Tychsen & Vella (*). Voluerunt eum Meccæ (بالبكة *in el-Bekka*) cusum esse; quam lectionem, alias rationes ut taceam, vel solus articulus damnat. (**) Mea opinio fert, in ductibus litterarum nominis ex parte oblitteratis fortasse latere البارکة *el-Mubareka* (***).

(*) v. Tychs. Introd. p. 110 &c. Additam. p. 41 &c. Hartmanni Beylagen zu Tychsen's Leben p. 134. 150.

(**) In eâdem caussâ versatur بالبطة (quod pro باللبطة, atque hoc pro باللطة positum esse putatur), quam lectionem a Tychsenio Gœttingensi in Comment. de Defectibus rei num. Muham. supplendis (Commentatt. Soc. Scient. Gœtt. recent. Vol. V, p. 79) propositam esse video.

(***) Quum lectio vocabuli, quod in duobus Musei Imp. Mediolanensis numis (N° XXXVII. & XXXVIII.) ill. Castiglioni p. 19 pro *el-Mubareka* acceperat, mihi ex figurâ quidem ære expressâ judicanti non videretur locum habere posse, nec in libris urbem, cui id nominis fuisset, uspiam deprehendissem memoratam, factum est, ut illius Musei numorum Kuficorum Descriptionem in Suppl. Ephem. litt. Jenens. recensendo in dubium vocare potuerim, num vere urbs, cui nomen Mubareka, exstiterit. Non ita multo post numi nonnulli incomparabilis illius رکاز Mohilewiensis, de quo dictum in Journ. Asiatique cah. 7, p. 21 & cah. 24, p. 333, me ad aliam traduxerunt sententiam, non quidem de lectione illâ Castiglionianâ,

a. 211. & 212. s. l. Marsd. N° CXCVII. & CXCVIII.

a. 214. l. d. Tychs. Addit. p. 40. Tab. I, N° 8.

a. 220. cus. باسقلية ut Tychs. quidem vult, (*) (quamquam id mihi valde dubium est), ib. p. 43. Tab. I, N° 7.

MU'HAMMED I. a. 230. c. in urbe Palerm. Tychs. Add. p. 44. Tab. I, N° 9.

a. 236. s. l. Marsd. N° CXCIX.

---

sed de ipsâ urbe Mubareka. Reverâ hoc nomen deprehendi in numis a. 174 & 175 cusis, quibus in inf. A. II. *Nafr* inscriptum. Hi quum aliis ejusdem ætatis, quorum alii in urbe Afrikiâ alii in 'Abbasiâ cusi erant et illorum quidem nonnulli idem ipsum nomen *Nafri* inscriptum gerebant, intermixti deprehenderentur, hic autem Nafr vix alius esse possit, quam Nafr Ben 'Habib, qui tunc temporis Legatus provinciæ Afrikiæ præerat (v. Mémoires de l'Acad. Imp. T. IX, p. 600. - p. m. 38 -), haud sane improbabiliter inde conficitur, Mubarekam illam in Afrikiâ provinciâ esse quærendam; quamquam etiamnunc vel vestigia nominis hujus apud auctores frustra circumspicio, licet novis adjutus subsidiis geographicis et historicis, ut Conde Historiâ Arabum in Hispan., Ukerti Descript. Africæ septentrional., et Abu'l - 'Hasani Historiâ regum Maurit. interpr. Dombay (quem mihi librum postremo loco dictum, rariorem illum jam inventu et usque quaque a me quæritatum, cum cel. Huschke, quâ est humanitate singulari, ex bibliothecâ Univers. Rostochiensis commodavit, tum mox cel. Hammer benigne et liberaliter dono dedit).

Nec pati possum, quin hic simul observem, doctissimum Castiglionium (Monete Cufiche p. 29) mihi nunc videri recte conjecisse, etiam in numo anni 174 (?) edito a me in Numoph. Potot. p. 21 المبارکة pro المنارية legendum esse. Lectionem posteriorem ego quidem nuper adhue tueri sustinui; id autem inde ortum esse puto, quod in commentariis meis Musei Pototiani ad hunc numum non est annotatum, quod nomen urbis ex aliquâ parte læsum esse innuat. Jam vero ut tale quid ei accidisse et in posteriore ejus parte کة, non ية, adfuisse suspicer, me adducit summa quæ numo Pototiano cum illis, quos a. 174 & 175 بالمبارکة cusos supra memoravi, intercedit similitudo Areæ posterioris, in quâ quippe, ut in illis, supra ع, infra نصر cernitur.

(*) Idem antea *Samanah* legendum censuerat, v. Hartmann's Beylagen p. 150.

a. 240. s. l. vid. Reiske, qui in eo interpretando majorem in modum falsus est, in Eichh. Rep. T. X, p. 220 (coll. T. XVII, p. 270) et Tychs. de Defect. p. 78.

MU'HAMMED II. a. 257. s. l. v. Marsd. N° LVIII, qui numum Mu'temidi, Chalifæ 'Abbasidici, esse existimabat.

IBRAHIM II. a. 263 (?) s. l. v. Tychs. in Add. p. 45, ubi numus a. 233 cusus esse dicitur; sed cogites velim, ثلثين & ستين in Kuf. script. facile inter se permutari, et ipsum Tychsenium de inscriptione marginali non integrà questum esse. (v. Hartm. Beylag. p. 150 supr.)

a. 267. s. l. apud Adlerum (qui numum a. 157 cusum esse vult) in Mus. Borg. Part. I, N° VII. (coll. Eichh. Rep. T. XVII, p. 250) — Tychs. de Defect. p. 71 ad a. 257 refert.

a. 268. s. l. Castigl. in Mon. Cufiche N° CCLXI.

a. 274. s. l. Id. ib. p. 305.

a. 280. s. l. In Mus. As. Acad. Petrop.

a. 282. s. l. Arigon. NN. Ar. Tab. XVIII, N° 85.

a. 285. s. l. apud Tychs. in Add. p. 45, ubi ad a. 255 refertur; sed moneo, tum ثمنين et خمسين facile permutari in Kuficis, tum hac etiam in caussà ad observationem Tychsenianam (Beylagen l. c.) recurrendum esse.

Huic eidem Aghlebidæ hi etiam numi, in quibus quidem anni notatio intercidit, attribuendi esse videntur: Adl. Mus. Borg. P. I,

N° VI. (coll. Eichh. Repert. T. XVII, p. 251. Tychs. de Defect. p. 78.) — Castigl. Mon. Cuf. N° XLIII. — Mus. Mainon. N° XI. & XXIII. — Duo numuli Musei Muenteriani apud Tychs. de Def. p. 77. — Fortasse et numus Dresd. in Eichh. Rep. T. XVII, qui ibi perhibetur a. 168 signatus esse et in A. II. supra على, infra بن رحمن præ se ferre. Ecquid anno 268 tribuendus et pro على legendum غلب, pro بن رحمن autem (quod nihili est) ابرهيم ?

Hi numi ad unum omnes vocabulo غلب *ghaleb* (vicit) in supremâ A. II. posito, tanquam notâ peculiari, primo adspectu agnoscuntur Aghlebidici esse; sed interpretes usque ad hunc diem illud vocabulum male على *Aly* vel *'ala* legerunt (*), non reputantes, id hoc modo prorsus legi non posse, ut alio loco jam observavi (**), nec absonam, quâ على interpretari conati sunt, rationem odorantes. Illud autem غلب *ghaleb* incertum est num conjungendum cum nomine in inf. A. posito simulque existimandum sit alludere nomini الاغلب *el-Aghleb*, a quo dynastia Aghlebidica nuncupata fuit, an de Deo intelligere oporteat, collato illo ولا غالب الا الله *non est victor præter Deum*, quod in monumentis Mauricis publicis, quæ hodieque Granadæ exstant, vel sexcenties recurrit (***).

Quod restat, N° CCLXII. apud Castigl. et N° CC. apud Marsd. Classe numorum Aghlebidicorum excludendos esse censeo.

(*) Sic olim b. Reiske, sic hodieque ill. Tychsen. in Com. de Def. p. 77. 78. Unus Marsdenius in cogitationem venit, vocabulum fortasse etiam غلب legi posse, sed dubius animi deinceps rejecit hanc lectionem unice veram, quam vero mire interpretatus erat.

(**) Ergänzungsbl. zur Jen. A. L. Z. 1824 N° 14.

(***) v. Murphy, The Arabian Antiquities of Spain.

IV.

NUMI

EMIRORUM TAHIRIDARUM.

Ad hanc Classem quum etiam numos complures, qui vel principis, qui cudi jussit, nomine prorsus destituti sunt vel non nisi Chalifam ejusque filium inscriptos gerunt, retulerim, ejusmodi autem numi cum ab aliis tum a memet ipso hucusque pro Chalificis habiti sint, meum esse duco, quam hujus consilii caussam habuerim, hic exponere.

Ja'hja Kaswiny suo in Lubb-el-tawarich, „Nonnulli historio„graphi, inquit, hanc gentem Regum familiis non adnumerant, et „ipsorum notitiam 'Abbasidarum gestis inserunt; quoniam autem „Tahir ambidexter hujus familiæ, quæ in Chorasanà per quinqua„gintà annos regnavit, primus est, ab eo omnis gens hæc nomen „accepit. " (*) Atque sane plerique historiographi Arabes Tahiridas non in familiarum principum, penes quos summa potestas erat, numero habuisse, sed Legatos provinciæ Charasanæ nomine Chalifarum præfectos existimàsse videntur. Neque apud Ibn-el-'Amidum atque Abu'l-fedam, hos maxime ut nominatim dicam, uspiam de دولة (dynastià) Tahiridarum sermo est, nec Nikby, Auctor τȢ Niszam-el-tawarich, Emir Mustafa, A'hmed Dimeschky, all., etsi varias illas dynastias Mu'hammedanas, quæ tempore Chalifatùs obtinuerunt, veluti Soffaridas, Samanidas &c. separatim recensent co-

(*) v. Historia priorum Regum Pers. ex Mirchonde (ed. Jenisch) p 87. — In versione Gaulminianà hæc paullo aliter se habent: „Ad Sopharios usque LVI an„nos Chorasanæ potens Tahiri familia fuit, quam multi in Regum numero non „collocant, atque eorum res gestas sub 'Abbasidarum imperio describunt; sed „quia hic eorum primus sub vitæ finem se Regem dixit, et subsequuti ejus „posteri multo tempore Chorasanà potiti sunt, plures eorum peculiariter me„minerunt." v. Büsching's Magazin Th. XVII, p. 62.

rumque res sejunctas ab historià Chalifatûs enarrant, hanc noscere videntur dynastiam, certe tacitam reliquerunt. Contra alii historiarum auctores recentiores, inprimis Persæ, veluti Mirchond, Chondemir, Ja'hja Kaswiny, Naszmi Sadeh Efendi, eam eodem, quo alias dynastias, loco existimàrunt ejusque historiam seorsim tractàrunt. (*)

Credo nobis licere sequi judicium eorum auctorum, qui Tahiridas tanquam dynastiam seu familiam summo usam imperio separatim commemoràrunt. Tahir I. postquam temeritatem, quà eo progressus erat ut in provincià, cui ipsum præfecerat Mamun, hu-

(*) Caussam, cur Emirorum Tahiridûm familia a plerisque historiarum auctoribus non dynastiæ instar habita sit, haud scio an inde quodammodo repetere liceat, quod id parum solitum et fere novum (a) acciderat, ut præfectus aliquis suà in provincià ita figere pedem et auctoritatem suam stabilire noverit, ut ipsius familia in ejus liberà perpetuàque possessione et hereditario imperio, salvis quidem juribus religiosis honoribusque solemnibus Chalifatui præstandis, maneret. Aequalibus, qui res Arabicas perscribebant, auctoribus (veluti Ferghâny, Mu'hammed Kindy, all.) hæc, quæ inciderat, species nondum satis aperta ad intelligendum fuisse videtur; nondum cepisse satis rei novæ rationem nec mente comprehendisse videntur, quo pacto cum Chalifatûs naturà congruat, ut præter eum simul aliæ dynastiæ Mu'hammedanæ summo cum imperio exoriri et stare possint. Inde fortasse factum esse dixeris, ut ab iis dynastiæ Tahiridicæ الدولة الطاهرية mentio non sit inchoata, atque licet deinceps quidem frequenter accidisset, ut provinciarum præfecti summum earundem imperium invaderent, et quænam iis cum Chalifis ratio intercederet, diluxisset, tamen auctorum seriorum res Arabicas perscribentium cohortem, quæ Tahiridarum historiam ex prioribus illis hauriebat, hanc familiam eodem, quo illi habuerant, loco habere non desiisse — servum pecus. — Subjicere juvat, quam hac de caussà opinionem paullo diversam Jenisch proposuit in præfat. ad Hist. prior. Reg. Pers. p. III: „Arabes, „ne profanam quoque suorum principum quos Châlifas dixere, potestatem ex „primis Persidis dynastiis detrimenti quid accepisse palam fieret, easdem cum „inopi hominum multitudine, cujus principibus fiduciario duntaxat jure provin„cias regere licuerit, in annalibus suis exæquabant.“

(a) Tahiridæ primi quidem, ut Herbelotio visum est, non fuere, qui summam potestatem suà in provincià sibi sumerent. Non meminit ille Edrisidarum et Aghlebidarum in Africà.

jus nomine in recitandâ Chutbâ suppresso (*), Chalifatûs majestatem obtereret sanctissimaque jura perverteret ejusque detrectatum imperium raperet ipse, morte luisset (**), ejus quidem filii et successores clientelæ professionem neutiquam detrectare, provinciam sibi quisque a Chalifis misso diplomate & vexillo publici deferri et assignari non nulle, per templorum suggestus in Chutbâ solemnia pia vota pro Chalifis facere non desinere; numos (***) vel omni nomine omisso, vel Chalifæ nomine insignitos, rarius suis ipsorum nominibus subjectis (****), cudi jubere; titulum Sultani vel Meliki (Regis), quantum video, non affectare, satis habentes Emiros salutari &c. Verum in hac agendi ratione non est, quod nos impediat, quo minus hanc familiam, quæ Emiratum potentissimum jure hereditario plus quam semisæculum sine intermissione obtinebat, in dynastiarum cum summâ potestatè regnantium numero habeamus. Quod provinciæ, quam tenebant, administrandæ auctoritate ornari se a novo quoque Chalifâ voluerint (*****), id prudenter tempori imperiique rationi et vulgi opinioni datum existimare licet; novimus alias etiam dynastias potentissimas hac in caussâ eâdem ratione usas esse, idque vel illo tempore, quo Chalifatus non nisi umbram

(*) v. Hist. prior. Reg. Pers. p. 5 meamque interpretationis Jenischianæ castigationem in Mémoires de l'Acad. Imp. T. VIII, p. 551. (p. in. 55.), cui nunc addo, pro mendoso, quod ibi legitur, وحسل haud dubie legendum esse وجلّ *et liberaliter tribue* —

(**) Mamun, vel potius ejus Wesirus Tahiro, utpote jam formidato, in Chorasanam abeunti eunuchum aliquem comitem addiderat, qui eum diligenter observaret et suspectum haud cunctabundus veneno tolleret. Quod jussus erat, fideliter exsequutus est eunuchus. v. Harun Ben-el-'Abbas apud Ibn-Challekanum.

(***) aureos quidem et argenteos. Aeneos enim ipsi, ut alii provinciarum Legati, solo suo nomine cuderunt, vid. infra numos Tahirid. annorum 209. 211. 253. et cf. quæ scite hac super caussâ disseruit Freytag in Sel. ex hist. Halebi not. 80 bis.

(****) v. inf. numos Tahirid. aa. 208. 209. 210.

(*****) Sic 'Abd-ullah 'a tribus Chalifis, Mamun, Mu'tasim et Wasik, alio post alium, provinciæ possidendæ jus solemni ritu traditum accepit.

et simulacrum pristinae suae auctoritatis & potentiae praeseferebat; novimus porro alias quoque diu in titulo Emiri acquievisse, Chalifatui solemnes Chutbae & Siccae honores exhibuisse, et nonnunquam numis, quos suis in provinciis signari curabant, suo nomine supresso, solum Chalifae nomen inscripsisse (*).

Quae quum ita sint, non sane facere temere videbor, si eos numos, qui per temporis intervallum, quo dynastia Tahiridarum floruit, in provinciis, quae sub ejus ditione erant, cusi sunt, seu additum seu omissum fuerit Emiri Tahiridici nomen, non, ut certe posterioris generis numis hucusque factum est, Chalificorum 'Abbasidicorum, sed ipsorum Tahiridicorum Classi adscribo.

Verum enim vero respectu numorum eorum, qui vel nullum omnino vel solius Chalifae ejusve simul filii heredis regni nomen inscriptum gerunt, non modo temporis illius intervallum, quo haec dynastia floruerit, sed etiam provinciarum, quas suo imperio tenuerit, ambitum certo cognitum habeamus oportet.

Ad priorem caussam quod attinet, de ea quidem paullulum discrepat inter auctores, nec tamen eam ad liquidum perducere difficile est. Auspicia dynastiae Tahiridicae 'Haddschy Chalfa in Tabb. chronologicis ad a. H. 195 refert, Amasy in Raufz-el-achjar (fol. m. 156) ad a. 197, Ja'hja Kaswiny ad a. 202; ejusdem autem finem bini auctores primo et postremo loco memorati ad a. 259

(*) En numi aliquot *Samanidici*, quibus, omisso Emiri nomine, non nisi Chalifae nomen inscriptum: 1) *Isma'ilis* I. Schasch, a. 280, cum nom. Mu'tafzid Chalifae. (Hallenb. Numism. OO. P. I, p. 138). — ib. a. 281. cum ejusd. Chalifae nomine. (Götlin de numis Cuf. Upsal. p. 9.) — Enderabe, a 293. cum nom. Muktefi Chalifae. (Adl. Mus. Borg. P. II, N° XXXVI. p. 56.) — 2) *Nasr II.* Bochara, a. 327. cum nom. Rafzi Chalifae ejusque filii Abu'l Fafzl. (Tychs. de Defect p 90). — Schasch, a. 329. cum ejusd. Chalifae nomine. (Hallenb. P. I, p. 167.).

referunt, Amasy contra ad a. 253. At nec anno 195 nec 197 initia attribuere licet: prior est, quo Tahir summus copiarum Mamuni præfectus constituebatur et commisso prælio copias Amini fugabat; alter autem est annus obsessæ oppugnatæque a Tahiro urbis Baghdad. Accedit, quod Tahir a. 298 præfecturam Dschesiræ, Syriæ &c. summamque belli contra Nafrum f. Schabes et deinde a. 204 Aegypti & Afrikiæ præfecturam a Mamuno acceperat. (*) Nec minus annum 202 admittere licet, quippe quo Mamun, castra Baghdadum moturus, Ghassanum Chorasanæ præficiebat. Imo vero primum dynastiæ Tahiridicæ annum eum ponamus necesse est, quo Mamun præfecturam Chorasanæ Tahiro committebat, id quod a. 205 factum est, Salamy (apud Ibn-Challekanum), Ibn-el-'Amido, Abu'l-fedâ, Chondemiro testibus. Ibn-el-'Adim (**) minus recte a. 206 habet. Nec jam a. 253 exstincta hæc dynastia esse cum Amasyo existimanda est, sed anno eo, quo Mu'hammed, Emirorum de hac gente postremus, a Ja'kobo Soffaro capiebatur, id quod, 'Hamsâ, Ibn-el-'Amido, Ibn-Challekano, Chondemiro, 'H. Chalfâ, all. auctoribus, a. 259 (***) accidit. Itaque principatum Tahiridarum annis H. 205 — 259 recte a Deguignesio circumscriptum esse patet.

In multo majore difficultate altera caussa est, definire nempe ambitum provinciarum Tahiridis vel proxime subjectarum vel per vicarios seu subpræfectos parentium. Chorasana Tahiridarum ditio vulgo dici solet. (****) At ne quis eam credat circumscriptam finibus illius provinciæ, quam proprie hoc vocabulo designamus. Notio appellationis Chorasan multo latius patebat. Jakutus in Lex. geogr. majore observat, in linguâ veteri Persicâ, Dery (s. lingua, quæ in

(*) v. Ibn-el-'Amid p. 131. et Freytag Selecta ex hist. Halebi p. 20. et not. 100.

(**) v. apud Freyt. l. c. p. 20.

(***) die Domin. d. 2 mensis Schawwal. (Ibn-Challekan in Vitâ Fadl Ben-Sahl.)

(****) v. Herbelot, Deguignes all.

aulà viget) dietâ, خر *chor solem*, اسان *asan* autem *rei originem et locum* (*) denotare. Secundum Ferhengi-Dschihangiri, Burhani-kati' & Ferhengi-schü'uri (T. I, p. 299.) vocabulum *Chorasan* eandem vim habet atque مشرق *Maschrek* i. e. *Oriens*, et Chorasan ita dicta est, quia ab Oriente provinciarum Faris et 'Irak sita. Apud auctores vetustiores haud raro notione nominis Chorasan etiam *Mawarelnahr* et partem *Turkistaniæ* simul comprehendi jam ab aliis observatum est. (**) Jakutus quidem, „reperiuntur, in-„quit, qui ditiones *Choresmicas* ad Chorasanam trahunt eique etiam „*Mawarelnahram* accensent, quamquam hoc non recte se habet" — ومن الناس من يدخل اعمال خوارزم فيها ويعد ما ورا النهر منها وليس الامر كذلك Nihilosecius dubium non est, quin reverâ id factum sit antiquioribus temporibus, et quidem propterea, quod hæ regiones fere imperio Præfectorum Chorasanae subjectæ esse solebant. Tebrisyum (apud Reiskium l. c.) his utentem verbis: من بلاد خراسان ما ورا النهر, ditionem Chorasanicam vel ultra Oxum extendere manifestum est. Atque Belasory, vetus historiographus, (apud Jakutum) disertis verbis observat, Chorasanam inter alia etiam *Mawarelnahram* et *Choresmiam* comprehendisse. Quid? quod etiam provincias aliquot ab Occidente Chorasanæ sitas eidem accensitas fuisse, ex Dschihan-numa discere est, ubi p. 309 ex 'Hamd-ullah Kaswiny refertur, antiquitus et *Kuhistan*, *Kumis* ac *Masenderan* ad Chorasanam relatas esse (***). Denique, quod plus est, in Abulf. Tab. geogr. XXII. ab init. legimus: „'Irakenses statuere, Chorasa-„nam patere *ab urbe Rey usque ad ortum solis* (مطلع الشمس);

(*) كانه اصل الشى ومكانه cf. Abulf. Tab. XXII. init.

(**) v. Golius ad Ferghan. p. 166. Reiske ad Abulf. Annal T. II, not. 48 (ubi كش *Kesch* pro كنش *Kenasch* legendum censeo), et Wilken ad Mirchond. p. 212.

(***) cf. Jenisch ad Histor. prior. Reg. Pers. p. 67. et Langlès ad Voyage de Forster T. II, p. 154. Quamquam fateor me in Codice Romanzowiano τῆς Noshet-el-kolub id notatum non deprehendisse.

„ atque adeo esse, qui *a montibus 'Holwanicis* ad ortum usque so„ lis eam protrahant." Ad quem loquendi usum Ibn - el - Wardy accedit, dicens (ed. Hyl. p. 120) „ *Dschebal* — quod et Klima „ Chorasanæ et 'Irak - el - 'Adschem vocatur," item (p. 122) terram *Rey* vocans extremam regionem *Dschebal* quæ ad Chorasanam pertinet (اخر الجبال من خراسان), (*) denique p. 132 in capite de Tibeto observans, „ hujus urbem primariam cognominem esse extremam urbem Chorasanæ" (أخر من مدن خراسان).

Quemadmodum antea vidimus, Lexicographos Persicos vocabulo *Chorasan* vim τῦ *Maschrek* s. *Orientis* subjicere, ita historiographi Arabes all. hoc ipso vocabulo *Maschrek* utuntur ad notionem appellationis *Chorasan* sensu latissimo reddendam. Veluti dum de provinciis Mamuno ab Haruno assignatis referunt, Abu'l-faradsch quidem (p. 232) vocat خراسان وما يتصل بها الى همدان *Chorasanam et quidquid ad Hamadanam usque ab eâ dependet*, Ibn-el-'Amid autem (p. 115) من همدان الى اقصى الشرق „ *quidquid ab Hamadanâ* „ *est ad extremum usque Orientem*", et Ja'hja Kaswiny (in Lubb - el - Tawarich p. 53) „ *Orientis* provincias omnes Mu'hammedanis „ subditas *ab urbe 'Hulvan* eo usque, quo religio Mahumetana perve„ nerat;" quibus addatur Chondemir in Chelaset - el - achbar, qui ita habet : مرون شرقى عقبه حلوان را كه عبارتست از كرمانشاهان ونهاوند وقم وكاشان واصفهان وفارس وكرمان ورى وموس (وقومس .l) وطبرستان وخراسان وزبل وكابل وهندوستان وما ورا النهر بعبد الله مامون داد „ Harun Mamuno tribuit quidquid *a jugo montium 'Hul*„ *wanicorum in Orientem patet*, i. e. *Kermanschahan*, *Nehawend*, „ *Komm*, *Kaschan*, *Iffahan*, *Fars*, *Kerman*, *Rey* (**), *Kumis*, *Ta*„ *bristan*, *Chorasan* (proprie sic dicta), *Sabul*, *Kabul*, *Hindustan*

(*) cf. Ouseley's Orient. Geogr. p. 172: „ *Rey* is equally belonging to Jebal and Khorasan." v. et ib. p. 157. Etiam in dicto illo Bekryi de quatuor præstantissimis civitatibus (apud Gol. ad Ferghan. p. 212) الرى من خراسان الطيب البلاد

(**) Emir Muftafa hanc unam Reyam nominare satis habuit.

„*et Mawarelnahr.*“ Sic porro Abu'l-feda (Ann. T. II, p. 100) refert, Fafzlum f. S. a Mamuno nuncupatum esse summum rectorem على المشرق من جبل همدان الى التبت طولا ومن بحر فارس الى بحر الديلم وجرجان عرضا „*Orientis seu omnium earum regionum, quæ* „*in longum a montibus Hamadanicis* (*) *usque ad Tibetum, in la-* „*tum autem a mari Persico ad Caspium porriguntur.*“ Jam quum idem Abu'l-feda (T. II, p. 138) simili oratione utatur de Tahiro I., quem a Mamuno ait præfectum esse على المشرق من مدينة السلام الى اقصى عمل المشرق „*Orienti s. regionibus illis, quæ ab* „*urbe Baghdadi ad extimos ditionis Muslimicæ fines in Orientem* „*patent,*“ dum alii auctores hanc eandem rem referentes, Tahirum *Chorasanæ* præfectum esse dicunt, apparet, quam late pateat notio *Chorasanæ*, quà ditionis Emirorum *Tahiridarum*, certe ab initio rerum eorum. Nec ipsa eorum historia, utut exilis nobis tradita est a scriptoribus Mu'hammedanis, nec numi eorum nomina inscripta gerentes, etsi tales pauci restant, eosdem ad solam provinciam Chorasanam proprie sic dictam restringi patiuntur. Certe ex 'Hamsâ Iffahanensi (**), Abu'l-fedâ (***) & Mirchonde (****) intelligitur, *Mawarelnahram* sub Tahiridarum dictionem subjunctam fuisse; disertis enim verbis tradunt, Samanidas, quo tempore Tahiridarum dynastia florebat, tanquam horum vicarios seu subpræfectos varios hujus provinciæ districtus ab iisdem acceptos tenuisse; cujus rei fidem testimonio suo confirmant *numi Samarkandenses & Bocharenses* nomine vel Tal'hæ vel Mu'hammedis f. Tal'hæ insigniti, a subpræfectis illis nimirum cusi. Etiam provincias *Sedschistan*, *Taberistan*, *Dschordschan*, *Rey* & *Kaswin* Taheridarum imperio subjectas

(*) Apud Reisk. in vers. Lat. legitur: *a montibus Holvanicis*, id quod et iis, quæ supra ex Abulf. Geogr. et ex Ja'hja Kaswiny adduximus, congrueret. cf. Lorsbach in Michaelis N. Or. u. ex. Bibl. Th. IX, p. 60.

(**) apud Reisk. ad Abulf. Ann. T. II, not, 207.

(***) Annal. T. II, p. 246.

(****) Hist. Samanidar. ed. Wilken. p. 4. & 10.

fuisse, ex iisdem Hamsâ (*) et Mirchonde (**) colligitur; et ad *Sedschistanam* certe quod attinet, auctoritatem numi in urbe *Serendsch* cusi et Tal'hæ nomini inscripti adjungere licet.

Jam quotquot numorum hucusque mihi cognitorum vel Tahiridicos sese aperte profitentur, vel, etsi Emiri alicujus ex hac dynastiâ nomine careant ideoque ad hunc diem pro Chalificis habiti sint, ipsi etiam, habitâ eorum, quæ ante exposuimus, ratione, huic dynastiæ sine ullâ dubitatione attribuendi sunt, aut eidem etiam attribuendi videntur (***), ita hic recensebo, uno in conspectu ut videri queant.

A) TAHIR I. aut TAL'HA.
(sub *Mamuno* Chalifâ)

? *Urbs Ispahani*, a. 207. nullo addito nec Chalifæ nec Emiri nomine. (in Mus. Asiat. Acad. Sc. Petrop.)

B) TAL'HA fil. Tahiri I., 'Abd-ullahi vicarius.
(sub *Mamuno* Chalifâ)

Samarkand, a. 208. addito et *Mamuni* et *Tal'hæ* nomine. (in Mus. Nejelowiano. v. Mém. de l'Acad. Imp. T. IX, p. 624. — p. m. 62.)

ibid. a. 209. cum iisdem nominibus. (in Mus. Sprewitziano. v. inf. N° 13.)

Urbs Serendsch, a. 209. cum nominib. *Tal'ha* et *Mu'hammed*. (in Museo Manteufeliano. v. Nov. Symb. p. 33.)

(*) apud Reiskium ad Abulf. T. II, not. 195.

(**) Histor. priorum Reg. p. 7. 12.

(***) Hos quidem signo interrogationis distinxi.

(Aen.) *Bochara*, a. 209. cum inscript. marg.: „Jussu Emiri *Talhæ* filii Su'l-jeminein (Ambidextri), curante Mu'hammede filio 'Abd-ullahi". (in Mus. Asiat. & Romanzowiano.)

Urbs Serendsch, a. 210. cum nomine *Talhæ*. (in Mus. Muenteriano v. Tychs. de Defect. p. 84.)

(Aen.) *Bochara*, a. 211. c. eod. tit. atque Bocharensis a. 209. (in Mus. As., Fuchsiano & Romanzowiano.)

C) 'ABD-ULLAH filius Tahiri I.

(sub *Mamuno* Chalifâ)

Samarkand, a. 217. nullo addito nomine. (in Mus. Sprewitz. v. inf. N° 14.)

ibid. a. 218. . . . . (Numoph. Potot. p. 25.)

Schasch, a. 218. . . . . (in Mus. Pflug. v. Beiträge p. 28.)

Fodina Schaschensis, a. 218. . . . (in Mus. Reg. Stockholm. v. Hallenb. Numism. OO. I, p. 123.)

(sub *Mu'tasim* Chalifâ)

Merw, a. 219. cum hujus Chalifæ nomine. (in Mus. R. Stockh. v. Hallenb. I, p. 125.)

Schasch, a. 220. . . . . (ib. v. id. I, p. 126.)

Samarkand, a. 220 . . . . (ib. v. l. c. et in Mus. Muenter. v. Tychs. de Def. p. 85.)

(sub *Wasik* Chalifâ)

Sschasch, a. 228. cum huj. Chalifæ nomine. (in Mus. Hallenb. vid. Hall. I, p. 126. II, p. 9.)

ib. a. 229. . . . . (in Mus. Asiat.)

D) TAHIR II. filius 'Abd - ullahi.

(sub *Wasik* Chal.)

? *Faris* (*), a. 231. c. nom. huj. Chalifæ. (in Mus. Hallenb. v. id. I, p. 127.)

? *ibid.* a. 232. . . . . (in Mus. Asiat.)

(sub *Mutewekkil* Chal.)

? *ibid.* a. 234. c. nom. huj. Chalifæ. (in Mus. Muent. v. Tychs. de Def. p. 85.)

Schasch, a. 234. . . . . (in Mus. Pflug. v. Beiträge p. 34.)

Mu'hammedia (Rey), a. 238. c. nom. Chal. ejusq. fil. *Abu-Abd-ullah.* (in M. Sprew. v. inf. N° 15.)

ib. 240. . . . . (in M. Pflug. v. Beitr. p. 34.)

cum nom. Chalifæ *Mutewekkil* et ejusdem filii Abu-:

? *Urbs Mah-el-Kufa* (**), a. 240. (in M. Sprewitziano, v. inf. N° 16.)

Merw, a. 241. (in Mus. R. Stockh. v. Hallenb. I, p. 131.)

ibid. a. 242. (in Mus. Asiat. — Bibl. Imp. publ. Petrop. — M. Pflug. Beitr. p. 25.)

ib. 243. (in Mus. Pflug. v. Beitr. p. 35.)

Mu'hammedia, a. 243. (in Mus. As. — Pflug. v. Beitr. p. 35. — Muent. v. Tychs. de Def. p. 86.)

Schasch, a. 243. (in Mus. Muent. v. Tychs. l. c.)

? *Faris*, a. 244. (in Mus. Manteuf. v. Mémoir. de l'Ac. Impér. d. Sc. T. IX, p. 622. — p. m. 60.)

(*) i. e. Schiras. Ceterum Heratens. in schol. ad Bordam v. 60 de pronuntiatione:
بلاد فارس ـ وهو بكسر الراء فى لغة العرب وبسكونها فى كلام العجم

(**) i. e. Dinewar.

Samarkand, a. 244.	Abd-ullah, hic *Mu'tass-billah* appellat.	(in Mus. Romanzowiano. [in M. quod antehac Adleri Berol. fuit, v. supr. p. 30.])
Schasch, a. 244.		(in M. R. Stockh. v. Hallenb. I, p. 132.)
Merw, a. 245.		(in M. Pflug. v. Beitr. p. 36. — Aureus, in M. Marsden. v. huj. Numism. OO. ill. P. I, N° LVI.)
ibid., 246.		(in Mus. As. — Pflug. v. Beitr. p. 36.)

Schasch, a. 245. / *Mu'hammedia*, a. 246. { deletis nominib. } (in Mus. Sprewitziano, v. inf. N° 17.)

E) TAHIR II. aut MU'HAMMED.

(sub *Musta'in* Chalifa)

Mu'hammedia, a. 248. c. huj. Chal. nom. (in Mus. Pflug. v. Beitr. p. 38.)

MU'HAMMED fil. Tahiri II.

(sub Chalifa *Musta'in*)

Mu'hammedia, a. 249.	c nom. huj. *Chal.* ej. que fil. *Abbas*	(in M. Muent. v. Tychs. de Def. p. 87.)
Merw, a. 250.		(in M. Pflug. v. Beitr. p. 38.)
? *Ispahan* (?) a. 250 (?)		(in Mus. Sprewitziano, v. infr. N° 18.)
Merw, a. 251.		(in Mus. Asiat.)
Schasch, a. 251.		(in M. Sprew. v. inf. N° 19.)
ib. a. 252.		(in M. Pflug. v. Beitr. p. 38.)

(sub *Mu'tess* Chal.)

Samarkand, a. 253. c. nom. Chal. *Musta'in!* (in M. Pflug. Beitr. p. 39.)

ibid. a. 253. c. nom. Chal. *Mu'tess.* (in M. As. — Mus. Imp. sol. v. Mém. de l'Acad. I. T. IX, p. 569. — p. m. 7. — Pflug. v. Beitr. p. 44. — Nejelow. — Rühlian. — M. Reg. Stockh. v. Hall. I, p. 133.

(Aen.) *Bochara*, a. 253. c. inscr. marg.: „Jussu Emiri *Mu'hammed filii Tahir*, Clientis Emiri Fidelium." (in M. As. — Mus. Potot. v. p. 26. — Mus. Romanz. — Fuchsian.)

(sub *Muhtedi* (?) Chal.)

Schasch, a. 256 (?) c. huj. ut videtur Chal. nom. (in Mus. Sprew. v. inf. N° 20.)

Hi fere numi sunt (*), quos Tahiridicos dicere non sum veritus; quo pacto classis hæc, quæ nuper adhuc, quum ex eà, quam antea de plerisque horum numorum habebam, sententià existimaretur (**), pauperrima et tenuissima existebat, jam dives satis et copiosa evasit.

Nunc describere, qui in Museo Sprewitziano novi offeruntur, numos Tahiridicos aggredior.

(*) Hic quoque ex litteris b. Tychsenii nonnullos adhuc addere potuissem, qui, licet ab ipso Chalifici dicti fuerint, a nominibus urbium, ubi cusi sunt, (veluti Merw, Schasch all.) Tahiridicos se esse produnt. At ob caussam supra p 30 memoratam omittere mihi visum est.

(**) v. Numophyl. Potot. p 26. Novæ Symb. p. 33. Das Muhammedan. Münzkabinet p. 23. Mém. de l'Acad. Imp. T. IX, p. 624. (p. m. 62.)

T A L 'H A.

13.

Notab. cus. بسمرقند سنة تسع ومايتين *Samarkandæ anno ducentesimo nono.* (a. 209 = Ch. 824-5.) (*)

A. II.	لله	*Deo S.*
	محمد رسول	*Mu'hammed Apostolus*
	الله المامون	*Dei est. El-Mamun*
	خليفة الله	*Chalifa Dei.*
	طلحة	*Tal'ha.*

Numum huic simillimum, si ab anno discesseris, jam in Mémoires de l'Acad. Imp. T. IX, p. 624 (p. m. 62) edidi. Ambo notatu digni, quod Chalifæ nomini ipsum etiam Emiri Tahiridici nómen adjectum monstrant; id quod, ut ex elencho supra exhibito patet, in paucis argenteis factum est. Jam Tal'ha, quem hic inscriptum videmus, Tahiri ambidextri filius est, quem ejusdem in præfecturà Chorasanicà successorem et secundum hujus dynastiæ Emirorum vulgo perhibent, ut Ja'hja Kaswiny, Mirchond, Chondemir all. Quamquam veteres auctores si audis, proprie non existimandus est nisi 'Abd-ullahi fratris in hac provincià *vicarius*. Ita enim Tabery (**), rerum Arabicarum scriptor antiquissimus, „Mamunus post „mortuum Tahirum, inquit, filio ejus 'Abd-ullaho tunc Rakkæ „agenti et debellando Nafro Ben - Sit (***) occupato totam, quam „pater tenuerat, præfecturam commisit, ei insuper Syriam addens.

(*) Duplicem inscriptionem marginalem, ut in hoc numo, ita in sequentibus inveniri, jam supra p. 21 monui.

(**) Apud Ibn-Challekanum in vità 'Abd-ullahi, fol. m. 200.

(***) Sic. Leg. شبث *Schabes,* v. cel. Freytag ad Selecta ex hist Halebi not. 104.

„ 'Abd - ullah autem Tal'ham fratrem in Chorasanam (cui ipsius vice „ præesset) misit.“ ان المامون لما مات طاهر وكان والده (l. ولده) عبد الله بالرقة على محاربة نصر بن سبث ولاه عمل ابيه كله وجمع مع ذلك الشام فوجه عبد الله اخاه طلحة الى خراسان In eandem sententiam et accuratius etiam 'Hamsa Iſſahanensis (*), et ipse auctor antiquissimus: „ Quum percepisset Mamun de morte Tahiri, mittebat ejus filio 'Abd- „ ullaho, tum apud Rakkam agenti, diploma successionis in omnes „ præfecturas patris, sic ut simul retineret eas, quas ipse patre vi- „ vo administraverat, e. c. Mesopotamiam, Syriam, Aegyptum, Afri- „ cam, fratrem autem Tal'ham in Oriente (i. e. intra Tigridem & „ Jaxarten) haberet tanquam Chalifam (s. vicarium et commissarium „ suum), sed illum cum hac restrictione & privilegio, ut Tal'ha, si „ ad Mamunum litteras daret, directe suo nomine, non fratris, age- „ ret. In quo munere permansit Tal'ha quinque annos, usque dum obiret „ a. 213.“ Nec Mirehond hanc successionis rationem memorare neglexit (**). Nec non apud Ibn - Challekanum in extr. vitâ Tahiri I. hæc leguntur: „ Mortuo Tahiro Mamun ejus filium Tal'ham „ in præfecturâ Chorasanæ suffecit; quamquam sunt, qui cum fratris „ 'Abd - ullahi vicarium in eà constitutum esse dicant.“ ان المامون استخلف ولده طلحة على خراسان وقيل انه جعله خليفته بها لاخيه عبد الله بن طاهر Etiam Amasy in Raufz-el-Achjar (fol. m. 146): „'Abd - ullah „ post Tahirum patrem mortuum Chorasanæ præfectus est“ عبد الله ولى خراسان بعد ابيه طاهر Denique Ibn-el-'Adim(***), Tahiro a. 207 mortuo eam, quam hic tenuerat, Charasanæ præfecturam 'Abd - ullaho præter Syriam, cui jam præerat, a Mamuno commissam, neque illum tamen nisi a. 213, postquam Syriam & Aegyptum seditionibus turbisque agitatas ad ordinem redegisset, in Chorasanam provinciam abire jussum esse refert.

(*) apud Reisk. ad Abulf. Ann. T. II, not. 144.

(**) v. Hist. prior. Reg. Pers fol. ٣ seu p. 7.

(***) Selecta ex hist. Hal. ed Freytag. p. 20 sq.

Non igitur est, quod fidem hujus rei, quam vetustorum scriptorum auctoritate niti videmus, cum Jenischio (l. c. p. 78) in dubium revocemus, etiamsi vel Ibn-Challekan ambiguam habuisse videatur, qui relationi illi ex Taberyo adductæ adjicit والله اعلم seu hoc an verum sit, Deus optime novit. Paullo nempe antea ex eodem Taberyo retulerat, „Tal'hâ mortuo a. 213 a Mamuno ad 'Abd-„ullahum tunc Dinewaræ agentem missum esse Judicem Ja'hjam „filium Aktemi, qui ei suum ob fratris mortem dolorem socium „significaret simul et præfecturam Chorasanæ gratularetur." Sed hæc illis non videntur repugnare. Gratulatio hæc non est existimanda, nisi mitigata et honorifica mandati supremi forma, quâ Mamun ergo istum Emirum, utpote virum summæ virtutis & auctoritatis sibique gratiosissimum, quem jam præsentem suâ in provinciâ Chorasanâ reip. salus flagitabat ad ortos ibi motus supprimendos, uti voluit.

Nihilominus Tal'ham, utut proprie non nisi fratris vicarius in Chorasanâ fuerit, in Emirorum Tahiridicorum numerum referre licebit, quatenus ad mortem suam usque huic provinciæ *solus* præerat, ab Abd-ullahi quidem arbitrio non dependens, ut ex 'Hamsâ supra laudato patet; quid? quod eâ ibi usus est auctoritate, ut nummi in terris sub Chorasanæ ditionem subjunctis, ut Samarkandæ, Bocharæ, Serendschæ, cusi, ipsius, non 'Abd-ullahi nomine insigniti sint. Atque talis etiam nobis offertur in illo, quod passim apud auctores occurrit (*), disticho memoriali Persico *quinque* (**) Tahiridas Emiros Chorasanæ recensente.

(*) Veluti apud Mirchond. ed. Jenisch. fol. ٩ seu p 14. Chondem. in Chelaset-el-achbar. Mi'ret-'Alem fol. 23 in Marg. Herbelot. art. Thaheriouo.

(**) Amasy in Raufz el achjar (fol. 156, b.) *septem* numero principes Tahiridicos fuisse ait Unum quidem h. d. respexit 'Alyum filium Tal'hæ, qui in patris mortui locum succedens paullo post a militibus seditiosis percussus est. Is quidem ab Ja'hja etiam Kaswinyo in numerum Emirorum Tahirid. refertur. Sed

Numus autem noster *Samarkandæ* cusus, etsi nomini hujus Emiri Tahiridæ inscriptus, non tamen ab ipso profectus censendus est. Non est, quod dubites, eum a *Samanidarum* aliquo cusum esse, ut quos tunc temporis Tahiridarum, qui ipsi sedem regni in Chorasanà proprie sic dictà habebant (*), vicarios Transoxanæ præfuisse supra vidimus. Samarkandæ quidem præfecturam sub Emiratu Tal'hæ primum Nu'h Ben-Asad Ben-Saman, dein Nu'hi fratres Ja'hja & A'hmed, denique hujus A'hmedis filius Nafr tenebant. (**) Quum mihi de anno, quo priores obierint, non constat, a quonam horum maxime numus hic cusus sit, in medio relinquo.

Verbulum addam de titulo *Chalifà Dei*, quo Mamunum hic videmus ornatum. Memoriæ prodiderunt Eutychius (***) et Abu'l-faradsch (****), Abu-Bekrum titulum gessisse خليفة رسول الله *Chalifa* (i. e. *vicarius* seu *successor*) *Apostoli Dei;* inde ei mortuo qui successisset, 'Omarum appellatum esse خليفة خليفة رسول الله *Chalifa Chalifæ* (*vicarius vicarii* s. *successor successoris*) *Apostoli Dei;* quum autem, si hæc ratio in posterum etiam admissa fuerit, tituli hujus moles cum novo quoque Chalifà novo incremento augeri intelligeretur, jam sub 'Omaro huic titulo substitutum esse alterum, nimirum *Emir-el-Mumenin.* Nihilosecius, præter hunc novum, priorem illum porro viguisse et etiamnunc vigere inter omnes constat. Continuabat autem maxime ita, ut ei major vis et plus ponderis acce-

---

quem alterum insuper respexerit, mihi non satis liquet, nec operæ pretium esse videtur, huic rei disquirendæ diu immorari.

(*) Tahiridarum sedes regia *Herat* juxta 'H. Chalfam in Tabb. chronol., sed eodem auctore in Dschih. numa p. 321 supr. *Balch* et *Merw* fuit. Auctor autem libri: The Oriental Geogr. transl. by W. Ouseley p. 215 ait: the Taherian family made *Nishapour* the capital.

(**) v. Mirchond. ed. Wilken p. 4.

(***) Annal. T. II, p. 294.

(****) Hist. Dyn. p. 175. cf. Ockley Gesch. d. Saracenen T. I, p. 124. Herbelot art. Khalifah. Muradgea Schilder. des Othom. Reichs T. I, p. 125 sq. 143.

deret. Nam Chalifæ, postquam aliquamdiu in simplici titulo *Chalifa* acquievisse videntur, mox exemplum respicientes Korani, in quo Abraham, nec non David, *Dei Chalifæ in terrâ* prædicantur, addito vocabulo et ipsi titulum خليفة الله *Chalifa* (s. *vicarius*) *Dei* affectarunt. (*) Sic Mamun in hoc numo aliisque. (**)

'ABD - ULLAH.

14.

Cus. بسمرقند سنة سبع عشرة ومايتين *Samarkandæ anno ducentesimo decimo septimo.* (a. 217 = C. 832.)

A. II. nil continet, nisi vulgatum illud لله محمد رسول الله

Hic numus, etiamsi principem, cujus auctoritate signatus est, nomine prorsus non indicet, quin et ipse a Samanide, tunc Samarkandæ subpræfecto, cusus huic Emiro Tahiridico attribuendus sit, non dubitabit, quisquis eorum, quæ supra a nobis exposita sunt, rationem habuerit. De Emiro 'Abd - ullah autem jam a. 207 in locum Tahiri I. patris suffecto, sed in provinciis Occidentalibus, quas jam antea tenuerat, turbis motibusque supprimendis districto, Cho-

(*) Cf Ergänzungsbl. zur Jen. A. L. Z. 1822. N° 55 et Mémoires de l'Acad Imp. T. IX, p. 617. 642. (p. m. 55.) — Cf. et titulus ظل الله فى الأرض *Umbra* (s. imago) *Dei in terrâ*, quo titulo, ut olim maxime Seldschukidæ usi sunt, sic hodie Sultani 'Osmanidæ all. utuntur.

(**) In transitu hic attingamus geminum insolitum plane hujus tituli usum. Primus est خليفة المومنين *Chalifa Fidelium*, in numulo aliquo octogono obvius, qui a b. Tychsenio in Tabulâ ære expressâ et inscriptâ „Numos hosce Arabicos sculpsit et explicavit O. G. T. Buetzowiæ 1769" editus ab alterâ parte hanc gerit inscriptionem : سلطان عبدالجليل شاه, quem quidem Hindostanæ principem aliqnem fuisse suspicio est. Alter est الخليفة المعظم *Chalifa augustus*, quo princeps Ortokides Melik el-fali'h Ma'hmud in Inscript. urbis Amidæ apud Niebuhr. (in Reisebeschreibung T. II, p 403) prædicatur; id quod an recte habeat, magnopere dubito.

rasanam provinciam, mortuo demum qui ipsius vices ibi sustinuerat Tal'hà fratre a. 213 (*), ad magnos ibi ortos motus sedandos adeunte satis dictum ad numum præcedentem est. Hoc tamen loco, quum res agatur viri hujus nobilissimi & omni virtute ornati, qui multis magnisque rebus gestis memoriæ nomen suum commendavit et quem ab Herbelotio prorsus tacitum relictum satis mirari non possum, pentadem observatiuncularum de nonnullis rebus ipsum spectantibus, quas b. Jenisch in suo ad Hist. prior. Reg. Pers. Commentario (parum illo idoneo nec tali, qui res Tahiridarum accuratius cognoscendi cupido satisfaciat) non attigit, subjungere juvat; quia tamen ad ipsius numi nostri rationem illustrandam non faciunt, extremis duntaxat digitis (ut dicunt) attingam. 1) Primum est prænomen ejus seu hyionymicon, de quo inter auctores discrepare video. Modo enim *Abu'l-Abbas* audit, ut apud Ibn-Challekanum, modo *Abu-'Obeid-ullah*, ut apud Amasyum (fol. m. 146, a), modo *Abu-Mu'hammed*, ut apud eundem (fol. m. 25, a). Atque adeo fieri posset, ut aliis etiam, præter hæc tria, gavisus sit hyionymicis. Nam, præter Mu'hammedem geminum quidem et 'Obeidullahum, adhuc Tahirum et Suleimanum filios ejus in libris nominatim indicatos inveni. De 'Abbaso quidem silent. — Verbulo monebo, 'Abd-ullahum nostrum in Bar-Hebræi Chron. Syr. passim simplici nomine Bar-Tahir appellari. 2) Secundum est, quod non belli solum, sed togæ etiam eminebat dotibus. Ut ipse Musis litabat feliciter, ita admirabili plane in poëtas et elegantiora quæque ingenia amore, favore, liberalitate erat. Ad aulam ejus confluebat quidquid disertissimorum poëtarum ætas illa tulit, inter quos unum Abu-Temmamum nominâsse sufficiet (**). Unde intelligitur esse, quod tantum virum unà cum Tahiro I. ipsius patre a Reiskio in

(*) In hoc anno omnes consentiunt auctores; 'Hamsa adhuc accuratius „exeunt. mense III." addit.

(**) Is in ipso itinere in Chorasanam quum esset, 'Hamasam, anthologiam illam celebrantissimam, in urbe Hamadan collectam composuit. v. Ibn-Challekan in vit.

notissimâ (sed Reiskio non satis dignâ) Diss. de principibus Muh. qui aut ab eruditione &c. omissum esse ægre feras. 3) At (quod tertio loco annotamus) dolendum est, hunc eundem 'Abd-ullahum, qui litterarum et litteratorum tantus exstitit fautor atque patronus, pio quodam furore abripi se passum esse eo, ut tanquam alter 'Omar in priscorum Persarum libros grassaretur, jubendo eos ubicunque locorum deprehensi fuerint igni aboleri (*); id quod eo acerbius ferendum, quod maxime in iis ipsis, quas Tahiridæ imperio tenebant, provinciis tunc temporis permagna monumentorum priscæ litteraturæ Persicæ vis non poterat non superesse. 4) Chorasanam hoc regnante Emiro admirandum in modum excultam copiis omnibus efflorluisse ita, ut evaderet رشك بلدان ومحسود جهان i. e. „ut invidiam exciperet omnium regionum et livorem moveret totius orbis terrarum", auctores referunt (**). Ejus rei testes inter cetera plures habemus, quas ipse in Chorasanâ condidit, urbes, veluti Kufen (كوفن), Forawah (فراوه), Schehristan, Dehistan. (***) 5) Extremo monemus, ad hujus 'Abd-ullahi aulam invisisse Sallamum Interpretem, dum ab Aggere Gogi & Magogi redibat (****); id quod ad tempus notabilissimi illius itineris, quod primum in Sibiriam directum est, accuratius definiundum facit. Scilicet initium hujus itineris, quod per biennium et quatuor menses continuatum, non potest anno H. 227 (s. Chr. 842) anterius fuisse, nam hoc anno et quidem d. 18. mensis III. (= d. 5. Jan. a. 842) Wasik, a quo Sallam missus erat, (*****) Chalifatum auspicatus est;

'Abd-ullahi B. T. cf. 'H. Chalfa in Bibliograph. art. الحماسة et ill. Hammer in Allg. Encyclop. v. Ersch u. Gruber Th. V, p. 270.

(*) Dewlet-Schah in Wilken. Institt. Perss. p. 170 (ubi l. 3 leg. وامق وعذرا) coll. Hammer's Gesch. der schön. Redekünste Pers. p. 35.

(**) v. Mirchond. ed. Jen. text. fol. 3, b et Naszmi Sadeh in Gülschen Chulefa fol 13.

(***) v. Abulf. Tab. geogr. XXI. & XXII. Schems-el-din in Nuchbet-el-dehr fol. 114.

(****) v. Edrisy p. 318 inf. = Geogr. Nub. p. 270.

(*****) Observo Legatum Chalifæ, si 'H. Chalfam in Dschih. N. p. 379 audis, fuisse astronomum Mu'hammedem filium Musæ Choresmiensem (de quo v. Abulfar., Ca-

et quum 'Abd - ullah, quem Sallam rediens convenit, d. 11. mens. III. a. 230 (= d. 27. Nov. a. 844) fato defunctus sit (*), finem itineris hoc anno posteriorem statuere non licet. (**)

TAHIR II.

Huic Tahiro, qui, quum 'Abd - ullaho patri a. 230 mortuo successisset, ad a. 248, quo, die quidem 23. mensis VII., obiit (***), Emiratum gessit, ob locos, unde provenêre, proximos tres numos per annorum dictorum intervallum cusos, licet Emiri nomine destituti sola Chalifæ ejusque filii nomina inscripta gerant, attribuimus. Harum autem urbium ipsa nomina sunt, in quibus illustrandis hic unice immorabimur.

15.

Cus. بالمحمدية سنة ثمان وثلث ::::: *in el - Mu'hammediá anno* ducentesimo *tricesimo octavo*. (a. 238 = Ch. 852-3.)

Inf. A. I. ابو عبد الله *Abu - Ábd - ullah.*

A. II. inf. المتوكل على الله *El - Mutewekkil - 'al' - allah.*

Offeruntur numorum Mu'hammedanorum antiquioris maxime ævi interpreti, præter alias difficultates, haud raro etiam obscura urbium nomina, sive ea sint orthographiâ ambiguâ per scripturæ

siri, all.), ita ut Sallam non nisi tanquam interpres & comes ei adhæsisse censendus sit.

(*) v. Tabery apud Ibn - Challek. in vitâ 'Abd - ullahi.

(**) Addenda hæc iis, quæ in Prolegomenis ad Ibn - Fofslan's Berichte über die Russen p. XIX observavimus.

(***) Abulf. Ann. T. II, p. 205 et 'Hamsa ibid. not. 191.

Kuficæ naturam, (exempla sunt السامة , معدن نامس , بطلبان , ربر ,
برمعاد , — محسى , بارمس — all.), sive lectione certâ, sed urbium parum, ut videtur, ipsis etiam scriptoribus Arabicis cognitarum, vel quod forte diu jam ante eorum memoriam deletæ erant, vel quod exiguæ quippe nunquam valde inclaruerant, vel denique quod præter nomen vulgare, recentiore ipsis inditum tempore, alterum iis erat vetus quidem, quod in priscis numis usurpatum, deinceps obsolevit. Ex posteriore genere jam supra nominavi ماه الكوفة *Mah-el-Kufa*, ماهى *Mahi*, ابرشهر *Abreschehr* et id, cui jam explanando numus hic nobis caussam præbet, المحمدية *el-Mu'hammedia*.

Hoc nomen, quod proprie urbem a Mu'hammede, conditore, appellatam denotat, in permultis Chalifarum potissimum 'Abbasidarum priorum numis obvium, quum non uni sed pluribus locis inditum fuerit, cui maxime urbi in numis Kuficis debeatur, per sæculum fere integrum quotquot exstitêre horum numorum interpretes latuit meque et ipsum nuper adhuc latebat.

Kehrius quidem, numismaticæ Kuficæ pater, primus erat, qui numos in medium proferret binos nomine urbis المحمدية *el-Mu'hammedia* insignitos, alterum Mamuni, designati coheredis Chalifatûs, a. 192 cusum, quem quidem per errorem Amino attribuebat (*), alterum Amini Chalifæ a. 195 signatum (**). Ad priorem numum annotabat, Mu'hammediam esse urbem in provinciâ Persicâ Kerman &c. quam notitiam ex Golio ad Ferghan. p. 112 hauserat.

Kehrii sententiam temere amplexus est Murrius (***); inconsi-

---

(*) v. Kehr Monarchiæ Asiatico-Saracenicæ status &c. p. 19, N° VII. — Quæ de hoc numo in Repert. T. XVII, p. 265, l. 18 & 19 referuntur, non recte habent.

(**) ib. p. 29, N. XVI.

(***) in Abhandlung v. d. Münzen der Arab. p. 63. 65, quæ Cardonnianæ Historiæ Arabum in Africâ & Hispaniâ ab ipso germanice redditæ T. III. præfixa est.

derate etiam ad illius ætatis res gestas accommodárunt Historiæ universalis auctores Anglici. (*)

Verum etsi in provinciâ Kerman tum a. 192 nomine Mamuni, designati coheredis Chalifatûs, ut cui inter alias hujus etiam provinciæ summa præfectura demandata erat (**), tum a. 195 Chalifæ Amini nomine cudi potuerint numi; (***) tamen urbs, quæ in Kerman sub nomine Mu'hammediæ offertur, recte monente Reiskio (l. c. p. 217), tunc temporis hoc nondum aucta erat nomine, quippe quod ei demum Mutewekkil Chalifa (regn. a. 232 — 247) in honorem filii sui *Muntaſir*, qui proprio nomine *Mu'hammed* audiebat, tribuit (****). Pristinum autem ejus nomen fuerat دير ابى الصقرة *Deir - Abi - 'l - Sakra* (*****). Quo autem loco Kermaniæ sita sit vel fuerit hæc urbs, nec ex Ferghany, nec ex Jakuto (******), nec ex Firusabady liquet. Apud hos quidem solos auctores deprehendi; reliquos geographos veteres pariter atque recentiores fugisse videtur.

Reiske Mu'hammediam, ubi illi numi Kehriani cusi sunt, existimabat *palatium aliquod Baghdadense* fuisse, quod forte ab *Amino*,

(*) v. Allgem. Weltgeschichte von Guthrie, Gray all. aus dem Engl. mit Anmerk: von Heyne Bd. VI, Th. I, p. 667.

(**) vid. Chondemiri locum supra p. 51 laudatum. Erat autem id jam a. 172 (secundum Abu'l - faradschium) vel a. 186 (secundum Ibn - el - 'Amidum) factum.

(***) De priore numo secus censuit Reiske in Repert. T. X, p. 218.

(****) سماها المتوكل المحمدية بمحمد المنتصر ابنه Sic Jakut in Mo'addschem. Contra Golius ad Ferghan p. 112, et ex eo Reiske l. c. atque Tychsen. in Com I. de Numis Cuff. Gœtting. p. 119 hanc urbem in honorem *patris* sui Mu'hammedis Mu'taſimi a Mutewekkilo sic appellatam tradunt.

(*****) Sic Jakut. in M. rectius haud dubie, quam quod apud Golium l. c. exstat دارى الصقر *Dareni - 'l - Sakr*, unde Reiskii (l. c.), Eichhornii (Repert. XVII, p. 265) et Tychsenii (l. c.) *Darani* fluxit.

(******) Hic quidem collocavit in Clim. III. long. 90°. lat. 31¾°, at hæc definitio nos parum adjuvat.

qui et ipse vero nomine *Mu'hammed* audiebat, quia id sive habitabat sive condiderat, nomen hoc traxerit, quamquam auctores hanc rem prorsus sileant. (*)

Aurivillius, Amini numum Mu'hammediæ a. 180 cusum edens, quid de hac urbe sentiret, prudens siluit. (**)

Th. Ch. Tychsenius, quum numum Hadi Chalifæ a. 170 hoc urbis nomine insignitum ederet, Reiskii etiam conjecturam de conditore quidem, a quo nomen illud derivatum fuerit, stare non posse, recte observabat, quamquam Baghdado et ipse inhærescebat. „Potius crediderim, inquit, *partem aliquam Bagdadi* a *Mahadio* Chalifâ, qui *Muhammed* proprie vocabatur, Muhammediam fuisse dictam, ut omnino varia erant diversarum hujus urbis partium nomina.“ (***) Atque in hac sententiâ permansit. (****)

Cum Reiskio et Tychsenio consentiebat Adlerus, ex similitudine etiam, quam inter nonnullos numos, quorum alii hoc nomen, alii Medinet-el-salam exhibent, intercedere observaverat, conjecturæ illi majorem probabilitatis speciem conciliare studens (*****): idem tamen alio loco (******) jam dubitatione sollicitatus Mu'hammediam numorum fortasse in *Chorasanâ* quærendam esse suspicabatur.

Jam hanc sententiam, quæ Mu'hammediam partem vel palatium aliquod Baghdadi fuisse statuebat, communi deinceps consensu

(*) v. Repert. T. X, p. 217. (T. XVII, 266.). At secum ipse non consentit optimus Reiske, qui ib. p. 216 de Baghdado vel aliquâ ejus parte Mu'hammediam numorum intelligi posse negaverat.

(**) Nova Acta R. Soc. Scient. Upsal. T. II, p. 92.

(***) v. Comment. Soc. R. Scient. Gœtt. T. IX, p. 119.

(****) vid. earund. T. XV, p. 43. 45. 47, et Comment. recent. T. III, p. 91.

(*****) v. Mus. Cuf. Borg. T. II, p. 13. 19. (******) ib. p. 31.

comprobârunt b. Tychsenius (1), quamquam scrupulum aliquem in ejus etiam animo subnatum esse videmus (2), S. de Sacy, qui ex Makrisyo concludi posse, ipsam urbem Baghdadum etiam nomine Mu'hammediæ appellatam fuisse, existimabat (3), b. Conde (4), Mœller (5), العبد الفقير (6), Hallenberg (7), Castiglioni, qui sententiam illam etiam corroborare studuit (8), et Schiepati (9).

Novissime tandem Marsden de sententiâ illâ vulgari dubitationem movit, quamquam non sustulit. Binos ejusdem anni numos Mehdyanos, quorum alterum in Medinet-el-Salam, alterum in Mu'hammediâ cusum autumat, tanquam testes locupletissimos contra illam opinionem excitat, indeque Mu'hammediam alibi quam in ipsâ urbe Baghdad, quamvis fortasse non adeo procul ab eâ, quærendam censet. (10) Equidem, etsi neutiquam in animo habeo superiorem

(1) Introduct. p. 34.

(2) Additament. p. 24. cf. idem ad Al-Makrizi Hist. Mon. Arab p. 98.

(3) v. Traité des monnoies Musulm. trad. de l'Arabe de Makrizi p. 30. — S. de Sacyi maxime auctoritate motum esse puto beatum etiam Rühs, ut Mu'hammediam, tanquam unum de nominibus Baghdadi, sine ullâ dubitatione poneret in Handbuch der Geschichte des Mittelalters p. 176.

(4) v. Memorias de la R. Academia de la História T. V, p. 238, ubi et ipse h. d. S. de Sacyi auctoritatem sequutus „En tiempo, inquit, del augusto de los arabes „Harun el Raxid se acuñaron (monedas) en *Bagdad, conocida entonces con el „nombre de Muhammedia* y de Medinat-essalam."

(5) De numis Orient. in Numophyl. Goth. asservat. Com. I, p. 24.

(6) Beiträge zur Muh. Münzkunde aus St. Petersburg p. 8.

(7) Numismata OO. P. I, p. 54.

(8) Monete Cufiche dell' J. R. Museo di Milano p. 19.

(9) Descrizione di alcune monete Cuf. del Museo Mainoni p. 37.

(10) v. Numismata Orientalia illustrata, by Marsden T. I, p. 38: „A difference of opinion (inquit) prevails with respect to the place to which the name of Muhammediah belonged. The most common supposition attributes it to a particular division or suburb of the great city of Baghdad; but the coincidence of date between this and the coin last described, affords a presumption of the contra-

opinionem defendere, non possum tamen, quin, quos hic excitat testes, ut suspectos repudiem. Jam alibi monui (*), numum Marsdenianum XXXI, in quo editor urbis nomen مدينة السلام *Medinet-el-salam* legit, mihi imaginem ejus ære expressam intuenti potius بقصر السلام *in Kafr-el-Salam* (nec a. 168, sed a. 161) cusum esse videri; Numum. autem XXXII, quem editor بالمحمدية *in el-Mu'hammediá* signatum esse vult, ego, si quid hic quoque ex imagine ære expressâ judicare licet, potius بالبصرة *in el-Bafrá* cusum censeo.

Sed est, quod mirer, conjecturam vagam illam et levem expromi potuisse a Marsdenio, qui libellum infra citatum (**) ad manum habuisse videatur; nam non nisi ex hujus p. 16 desumta sunt, quæ p. 5 Numism. OO. illustr. de numo Umaijadico anni 84 in Mus. Duc. de Blacas asservato leguutur.

In hoc autem tandem ego libello (p. 19) caussam hanc, quæ, ut vidimus, per plenum fere sæculum occulta et involuta manserat, aperiebam atque *Mu'hammediam* numorum non esse intelligendam aliam urbem quam *Reyam* asserebam. Tunc enim temporis mihi licebat et Jakuti Lexicon geograph. majus et Schems-el-dini Damasceni Cosmographiam et Firusabadensis Lexicon Arab. evolvere, quibus libris antea carueram et ex quibus inter urbes, Mu'hammediæ nomine insignitas, Reyam etiam esse intelligebam. Jam

---

ry, *amounting nearly to proof;* for it cannot, without the most direct evidence, be admitted that two coins of the same denomination should, in the same year, be struck by the same prince, in two districts of his capital, under distinct names. The site of Muhammediah must therefore be looked for elsewhere; but it will probably be found at no great distance from the seat of government. As the name does not occur at an earlier period, we may suppose the city, suburb, or palace (as variously conjectured) to have been built by this Khalif (Mahdy) and called after his own original name of Muhammed."

(*) Mémoires de l'Acad. Imp. T. IX, p. 612. (p. m. 50.)

(**) Das Muhammedanische Münzkabinet des Asiat. Museums zu St. Petersburg (ed. a. 1821.)

habe, quæ Jakutus de variis locis, quibus hoc nominis erat, memoriæ tradidit.

المحمدية — وهو اسم لمواضع منها قرية من نواحى بغداد من كورة خراسان — والمحمدية ايضا ببغداد من قرى النهرين — والمحمدية ايضا من اعمال برقة من ناحية الاسكندرية والمحمدية مدينة بنواحى الزاب من ارض العرب (المغرب .l) ومدينة المسيلة بالمغرب يقال لها ايضا المحمدية اختطها (اختطها .l) محمد بن المهدى الملقب بالقايم فى ايام ابيه — وذلك فى سنة خمس عشرة وثلثماية والمحمدية مدينة بكرمان —

„ *Mu'hammediæ* nomen plura gerunt loca, veluti 1) pagus agri „ Baghdadensis in nomo, per quem via in Chorasanam fert; (*) — „ 2) prope Baghdadum unus ex pagis Nahrein; (**) — 3) (pa- „ gus(***)) in tractu Borkæ in agro Alexandriæ; (****) 4) urbs tra- „ ctûs Sab (*****) in Maghreb; 5) urbs Mesila in Maghreb (******) etiam „ Mu'hammedia dicitur, condita illa a Kaïm Mu'hammed filio Meh- „ dyi a. 315, quum successor in Chalifatum designatus erat.(*******) „ — 6) urbs Kermaniæ" — (de quà recurre ad p. 67.)

(*) cf porta Charasanica Baghdadi, in Ousel. Or. Geogr. p 67.

(**) cf. Reiske in not. 107 & 109 ad Abulf. Ann. T. II. — In libro Description du Pachalik de Bagdad nec hujus nec superioris pagi ulla mentio.

(***) v. Kamus.

(****) Inter tredecim urbes, quas ab Alexandro M. conditas ejusque nomine ornatas Ibn-el-Fakih (apud Jakut.) commemorat, deprehendo etiam *Alexandriam* بارض بابل *in Babyloniâ sitam.* Hæc non dubito quin eadem sit cum Scanderie, quam apud Niebuhr. (Reisebeschr. Tab. XLI) in mediâ viâ, quæ Hellâ Baghdadum fert, sitam videre est, ideoque Mu'hammedia hæc tertio loco laudata eadem cum hujus nominis pago, qui apud Nieb. l. c. inter Scanderie & Baghdad situs deprehenditur.

(*****) Est pars terræ Belad-el dscherid. v. Temimy in Paulus Memorabil. Part. III, p. 139.

(******) scil. medio, seu regno Algeriano.

(*******) cf. Abulf. Geogr. T. III.

7) His præmissis Jakutus hunc in modum pergit:

ووقع لى بمرو كتاب تمام الفصيح لابن فارس وبخطه وقد كتب فى اخره وكتب (وكتبه f.) احمد بن فارس بن زكريا بخطه فى شهر رمضان سنة تسعين وثلثماية بالمحمدية فعبرة (فعبرت l.) دهرا سال (اسال l.) عن موضع بنواحى الجبال يعرف بهذا الاسم فلم اجد لان ابن الفارس (فارس l.) فى هذه الايام هناك كان (? حتى وقعت على كتاب محمد بن احمد بن الفقيه قد ذكر فيه قال جعفر بن محمد الرازى لما قدم المهدى الرى فى خلافة المنصور بنى مدينة الرى التى بها الناس اليوم وجعل حولها خندقا وبنى فيها مسجدا جامعا وجرى ذلك على يد عمار ابن ابى الخصب (الخصيب :art. Rey) وكتب اسمه على حايطها وتم عملها سنة ثمان وخمسين ومائة وجعل لها فصيلا يطيف به * فارقين اخر وسماها * المحمدية فاهل الرى يدعون المدينة الداخلة المدينة ويسمون الفصيل (الفصيلة .art. R) المدينة الخارجة والحصربه (والحصن .art. R) المعروف بالزبيدى فى داخل المدينة **) بالمحمدية وقد كان المهدى ***) نزله ايام كونه ****) بالرى وكان مطلا *****) على المسجد ******) ودار الامارة *******) ثم جعل بعد ذلك سجنا (سجنا ثم .bene art. R) خرب فعمره رافع بن هرثمة سنة ثمان وسبعين ومايتين ثم خربه اهل الرى بعد خروج رافع عنها فلما وقعت على هذا فرج (افرج f.) عنى وانكان فى الفاظ هذا الخبر اختلال الا ان الغرض حصل انها محلة بالرى وقرات فى تاريخ ابى سعد الانى (الآبى ?) ان المهدى فلما (لما l.) قدم الرى بنى الرى

---

* Hæc in Cap. de Rey ita habent: فارقين اجر والفارقين الخندق وسماها

**) ibid. insertum legitur للمعروف

***) ibid. inseruntur امر بمرمته و

****) ib. مقامه

*****) ibid. وهو مطل

******) ib. additur الجامع

*******) ib. inseruntur: وبقال الذى تولى مرمته واصلاحه ميسرو الثعلبى احد وجوه قواد المهدى

وبنى بها مسجد الجامع فذكر انه لما اخذ فى حفر اساس قديم فى ابواب بيوت
وقد رسخت فى الارض كان السيل قد اتى عليها فطمنها ودفنها فاخبر المهدى
بذلك فنادى من كان فيها (ماضنا) دار فليات فان شا باع وان شا عوض عنها
دارا فاتاه ناس كثير فاختر (فاختار .l) بعضهم الثمن فقبضوه وبعضهم العوض
فبنى لهم المحلة المعروفة بمهدى اباد ووقع الفراغ من بنا جميع ذلك سنة ثمان
وخمسين ومماية وسميت الرى المحمدية باسم المهدى وسميت المدينة البيت (المدينة .l)
الداخله والفصل (والفصيل .l) المدينة الخارجة

„ Commoranti mihi Merwæ in manus incidit Ibn - Farisi (*) liber „ Temam - el - fasi'h (s. Complementum purioris sermonis), ipsius „ auctoris manu exaratus, in quo extremo hæc addita: „ „ Suâ ma- „ „ nu scripsit A'hmed filius Faris filii Sakerjæ mense 9. a. 390 „ „ in Mu'hammediâ.“ “ Tum ego diu de loco, cui id nominis es- „ set, in provinciâ Dschebal, ubi tunc temporis Ibn - Faris agebat, „ sciscitari, nec tamen comperire, donec tandem incidi in librum „ Mu'hammedis ben - A'hmed ben - el - Fakih (**), in quo ejus men- „ tionem factam his verbis esse videbam: „ „ Refert Dscha'far ben - „ „ Mu'hammed Rasy (Reyensis): Mehdy, quum sub Chalifatu Man- „ „ furi Reyam pervenisset (***), urbem Reyam eam, quam hodie „ „ incolunt, ædificavit (s. restauravit), fossâ circumdedit et templo „ „ cathedrali ornavit, opus moderante 'Ammar ben - el - Chafib, „ „ (qui (****)) nomen suum urbis muro inscripsit ædificationemque a.

(*) De hoc celeberrimo auctore Lexici Arabici الجمل فى اللغة aliorumque multorum librorum vid. Abulf. Annales T. II, p. 602. Herbel. artt. Ahmed, Fares, Mogimel & Razi. Ibn-Challekan in ejus vitâ (fol. m. 29, b.). Sojuty Vitt. Grammaticor. in ejusd. vitâ. 'H. Chalfa in Bibliogr. art مجمل اللغة & alibi. — Ibn - Challekan refert eum mortuum esse a. 390 in Rey, secundum alios autem a. 375 in Mu'hammediâ, priorem tamen sententiam vulgo acceptam esse. Sojuty autem ex Scheby tradit, verius ejus mortem ad a. 395 referri. Hunc eundem annum etiam 'H. Chalfa habet. Origo discrepantiæ in propatulo est.

(**) vid. not. infra ad extremum hoc caput.

(***) eidem Præfectus constitutus a patre, ut 'H. Chalfa in Dschihan-numa refert (p. 291).

(****) Sed fieri potest, ut ad Mehdyum ipsum referenda sint, quæ proxime sequuntur.

„„ 158 ad finem adduxit. ([1]) Praeterea ei septum depressius
„„ praetexuit, quod ipsum binis cinxit munimentis aliis (?) ([2]);
„„ (quibus omnibus absolutis) ei nomen *Mu'hammediæ* indidit ([3]).
„„ Inde Reyenses urbem interiorem *medinam* (s. urbis partem pri-
„„ mariam) vocant, ([4]) septum autem *urbem exteriorem*, ca-
„„ stellum denique vulgo Sobeidy ([5]) dictum et intra Medinam
„„ (s. partem urbis primariam) situm *Mu'hammediam*. Mehdy
„„ autem (hoc — castellum puta — restaurari jusserat et ([6]))
„„ in eo sedem fixerat, quo tempore in Rey agebat. Imminebat
„„ id templo cathedrali & palatio Emiratûs. (Sunt, qui ejus re-
„„ staurandi reparandique curam tradunt commissam fuisse Meiseru
„„ Sa'lebitæ, uni de summis ducibus bellicis Mehdyi. ([7])) Post
„„ hac carcerem adstruxit, quem deinceps collapsum quum Rafi'
„„ filius Harsemæ a. 278 restauràsset, mox post ejus discessum
„„ Reyenses iterum destruxerunt." In hunc quum incidissem lo-
„cum, jam res mihi patebat. Etiamsi autem in hac narratione sa-
„tis dissipatà nonnulla desiderantur, id tamen inde efficitur *Mu'ham-*
„*mediam* esse *vicum urbis Reyæ*. ([8]) Etiam in Chronico τȣ Abu-

---

(1) cf. Kaswiny in Uylenbrœkii Specim. geogr. hist. p. 33. text.

(2) فارق quid sit, non satis scio. Num vallum, aggeres? an moles? an vero ericii? — Lectioni, quæ in art. Rey prostat, hic sensus esse videtur, quod ipsum binis aggeribus ex lateribus construxerit, hos autem fossà cinxerit.

(3) Juxta textum art. Rey: „his binis (*farik*, aggeribus?) nomen *M.* indidit."

(4) Suspicor inverso vocabulorum ordine legendum esse, ut in fine hujus excerpti, المدينة المدينة الداخلة medinam vocant *urbem interiorem*.

(5) Ecquid a Sobeidà, uxore Haruni, filià Dscha'fari ben-Manfuri nomen traxit?

(6) Ex textu art. Rey recepi.

(7) Indidem recepi.

(8) Inde Jakut in Muschtarik: „*M. vicus* magnus in Rey infra s. citra murum" (i. e. muro inter eum et ipsam urbem intersepiente, seu priusquam ad murum pervenias). (Uylenb. l. c. p 17. text.) Nec non auctor libri Merafid: „*M.* in Reyà urbe. Dicitur quidem *castello* ejus id nomen esse; sed reverà est ejusdem urbis *vicus*." (Uylenbr. l. l. p. 75. t.) Etiam in Kamuso علة بالرى

„ Sa'ad Onÿ (?) legi, „ „ Mehdyum, postquam Reyam venisset, eam
„ „ urbem exædificâsse (restaurâsse) in eâque templum cathedrale
„ „ exstruxisse. Quum fundamentum aliquod antiquum (sic idem
„ „ auctor pergit) in januis domuum nonnullarum (*), quæ jam in
„ „ terram subsederant, effodere cœpissent, aquæ fluxus irruens ea
„ „ tegebat (**) sepeliebatque. Quo audito Mehdy per præconis
„ „ vocem proclamare, ut cuicunque hic domus sit, accedat, eam-
„ „ que, si placuerit, argento vendat; sin minus, ejus loco aliam
„ „ domum accipiat. Tunc cives frequentes accurrebant, quorum
„ „ alii numeratam pecuniam accipere, alii domum aliam amissæ
„ „ pensandæ caussâ sibi dari malebant. His igitur exstructus est
„ „ *vicus* vulgo *Mehdy-abad* dictus. Totum autem hoc opus a.
„ „ 158 absolutum est. Atque *Rey Mu'hammedia* dicta est a no-
„ „ mine Mehdyi, civitas ipsa (medina s. primaria urbis pars) *urbs*
„ „ *interior*, septum autem *urbs exterior*. " "

Hisce septem Mu'hammediis a Jakuto commemoratis addamus 8) octavam, quam urbem Mesopotamiæ sitam ad Euphratis ripam Orientalem inter Rakkam et Chanukam (***) memorat Edrisy (p. 227 sq. = vers. Lat. p. 197. 199) ex eoque d'Anville in Tab. geogr.

---

vicus in Rey dicitur. At Schems-el-din Dimeschky in Cosmographiâ de totâ urbe accipere videtur; sic enim habet: الرى — وتسمى المحمدية لان محمد بن (del.) المهدى اقام بها زمن ابيه وبنى جامعها فى سنة ثمان وخمسين ومائة „ *Rey* — etiam *Mu'hammedia* vocatur, quia Mu'hammed „ Mehdy regnante patre ibi sedem habebat et templum cathedrale exstruebat „ a. 158. "

(*) Hic an textus recte habeat, dubito.

(**) Radicem Arab. طمن (abscondidit) deperditam esse volunt, nec sane Kamus nec Si'ha'h habet. Jam ejus hic habes exemplum; alterum (partic. pass.) vid. in Abulf. Ann. T. II, p. 226 كان لها مطمون تحت الارض الف دينار Hæc ad Ebræor. טמן adhibe.

(***) الخانوقة , non الخالوقة, ut in textu Ar. Edrisyi, nec *Chabuca*, ut in vers. Lat. legitur. Corrigendum inde et *Calluca* in Tab. d'Anvillianâ.

„l'Euphrate et le Tigre" inscriptâ recepit; 9) pagum prope Tunetum, et 10) pagum in provinciâ Jemamâ, cujus utriusque in Kamuso mentio fit.

Ex omnibus autem istis Mu'hammediis unam *Reyam* in numis tenendam esse nulla dubitatio est. En tabulam numorum Mu'hammediæ cusorum, quotquot hucusque mihi innotuerunt.

Mu'hammedia in Numis Kuficis. (*)

A) Numi 'Abbasidici.

„*Mehdy Muhammed filius* (**) *Emiri Fidelium.*" (***)

a. 148 (= Ch. 765) (in Mus. Reg. Stockh. v. Hallenb. Numism. OO. I, p. 50.)
a. 149. (in Mus. As. Acad. Petrop. — Mus. Soc. litt. Curon. v. Jahresverh. der Kurländisch. Ges. T. II, p. 396.)
a. eod. cum siglis ه supra et ع inf. in A. II. (in Mus. As.)
a. 150. cum sigl. ه et ع (in Mus. As. — et Tychs. Intr. p. 65.)
a. 152. cum iisd. sigl. (in Mus. Asiat.)
a. 153. cum iisd. sigl. (ibid.)
a. 155. cum ⊙ in inf. A. II. (in Mus. As. & Romanzowiano.)

(*) Moneo, *Reyam* ipso hoc proprio nomine suo jam aa. 146 (= Ch. 763 4) & 147 in hujus ejusdem *Mehdyi*, *filii Emiri Fidel.*, numis, et quidem omnino *primum* in numis, comparere. Uterque in Mus. Asiat. asservatur, æneum præterea prioris anni in Numoph. Potot p. 19 laudavi.

(**) Hoc بن امير المومنين quum fere συνωνυμως cum ولى عهد المسلمين in numis usurpetur et Mehdy in sequentibus etiam numis eodem titulo insigniatur, haud scio, an Ibn-el-'Amid et Abulfeda Jus in Chalifatum succedendi ab 'Isa in Mehdyum translatum anno 147 anale assignent.

(***) Quæ in hac Tabulâ litteris inclinatis impressa uncinulisque inclusa habes principum nomina titulosque, ad ipsorum numorum fidem ponenda censui, quemadmodum quæ præterea alia nomina, nec non sigla, in his numis offeruntur, utpote ex parte neutiquam levia vel contemnenda, addere mihi visum est.

„Chalifa Mehdy.“

a. 160. cum ر in inf. A. II. Et absque eo. (in Mus. Asiat.)
a. 161. (in Mus. As. — Romanzowiano. — Fuchsian. — Gothan. v. Mœller I, N° 5. — v. et Eichh. Repert. XVII, p. 228.)
a. 165. c. sigl. • (in Mus. Asiat. — Suchteleniano. — Nejelowiano. — Pflugiano, v. Beiträge p. 8.)
a. 166. c. eod. sigl. (in Mus. As. — M. Univ. Rostoch. v. Adler II, N° X.) ej. a. c. siglo ع (in Mus. As.)
a. 167. c. siglo ع (in M. Asiat.)
a. 168. c. eod. siglo. (in Mus. As. — Manteufeliano. — Zosimano. — Borg. v. Adler. II, N° XI. — Univ. Gœtting. v. Tychs. de n. Selg. p. 3. — Goth. v. Moeller I, N° VII.)

„Chalifa Hadi.“

a. 170. (in Mus. As. — M. Univ. Goetting. v. Tychs. Com. I, N° IV.)

„Chalifa Harun.“

a. 170. c. مبا ‖ رك (in Mus. As. — M. Univ. Dorp. v. Mémoir. de l'Acad. T. IX, p. 604. — p. m. 42.)
a. 171. c. مبا | رك (in Mus. As.)
a. 172. c. دا ‖ ود (in Mus. As.)

„Chalifa Raschid,“ et „Muhammed filius Emiri Fidel.“

a. 172. A. II. supr. ملس aut حارب inf. عدل aut فضل (in Mus. As. — M. Marsd. v. Marsd. I, N° XXXV.)

„Chalifa Raschid.“

a. 173. A. II. supr. يحيى, inf. بهلول (in Mus. Asiat.)
a. 175. c. يزيد (in Mus. As. — Mus. solit. Imp. Petrop. v. Mém. T. IX, p. 567. — p. m. 5.)

„*Mu'hammed, filius Emiri Fidelium.*"

a. 176. A. II. sup. سلام, inf. ⸗ ⸗ (in Mus. As.)

„*Mu'hammed, Wely foederis Muslimorum.*"

a. 176. A. II. sup. سلام, inf. ضرد? (Mus. As. — Mus. Welzl. v. Descr. del Mus. Main. N° IX.)

„*Chalifa Raschid.*"

a. 179. A. II. sup. صبا, inf. ⸗ ⸗ (in Mus. As.)

„*Emirus Amin Mu'hammed fil. Emiri Fidelium.*"
„*curâ Mu'hammedis filii Ja'hjæ*"

a. 180. A. II. sup. و, inf. جعفر (in Mus. As. — cf. Beiträge p. 11. not.)

„*Emirus Amin Mu'hammed fil. Emiri Fidel.*"

a. 180. A. II. sup. و inf. جعفر (in Mus. As. — Mus. Romanz. — Potot. v. Numoph. Pot. p. 21. Mus. Wallenstr. v. Aurivill. p. 92.)

a. 181. A. II. ut præced. (in Mus. As. — Mus. Romanzow. — Nejelow. — Univ. Rostoch. v. Add. II, N° XVI.)

a. 182. A. II. ut præced. (in Mus. As. — Mus. Romanzowian. — M. Pflug. v. Beiträge p. 10.)

„*Emirus Wely Fœderis Muslimorum Amin Mu'hammed fil. Emiri Fidelium.*"

a. eod. A. II. inf. جعفر (in Mus. As.)

„*Emirus Amin Mu'hammed fil. Emiri Fidel.*"

a. 183. A. II. sup. س, inf. جعفر (in Mus. As. & Romanz.)

a. eod. A. II. inf. جعفر (Mus. As. — Mus. Reg. Stockh. v. Hallenb. I, p. 66.)

a. 184. A. II. sup. س, inf. جعفر (Mus. As. — Mus. Romanz. —
Mus. Pflug. v. Beitr. p. 12. —
Mus. Hallenb. v. Hallenb. I, p. 76.

a. 186. A. II. sup. سلم, inf. جعفر (Mus. As.)

eod. a. A. II. sup. و, inf. جعفر (Mus. As. & Nejelow.)

eod. a. A. II. sup. كانك, (i. e. دانك aut داود?) inf. ضرد? (Mus. As.)

a. 187. A. II. sup. سلام, inf ضرد? (Mus. Pflug. v. Beiträge p. 13.)

a. cod. A. II. sup. ام جعفر, inf. دانك? (Mus. As.)

a. eod. A. II. inf. عبيد (Mus. As.)

a. 188. A. II. inf. عبيد (Mus. As.)

a. eod. A. II. sup. ه, inf. عبيد (Mus. As.)

(Harun.)

absque hoc nomine

a. 188. A. II. inf. ﻪ (Mus. As. — Mus. Nejel. — M. Reg. Stockh. v. Hallenb. I, p. 79.)

a. 189. A. II. inf. ﻪ (Mus. As. — M. Marsdenian. v. Marsd. I, N° XXXIV.)

„Emirus Amin Mu'hammed fil. Emiri Fidel.“

a. 189. A. II. sup. عبيد, inf. مخلد (in Mus. As.)

a. eod. A. I. sup. جعفر, inf. عبيد الله }
A. II. sup. الله(?) رزق inf. لام جعفر } (v. Hallenb. II, p. 14. 77.)

(Harun.)

absque hoc nomine

a. 190. A. II. inf. ﻪ (in Muss. As. — Pflug. — Zosim. — Nejel. Rühl. — Trendelenb. v. Eichhorn. Bibl. II, p. 1079.)

a. 191. A. II. inf. ﻪ (Mus. Asiat.)

„Emirus Mamun Abd-ullah fil. Emiri Fidel. Wely Fœderis Muslimorum.“

a. 192. A. II. sup. ر, inf. ع (Gedani olim, v. Kehr. N° VII.)

(Harun.)
absque hoc nomine

a. 192. A. II. inf. ؛ (in Mus. Potot. v. Numoph. Pot. p. 21.)
a. 193. A. II. inf. ؛ (in Muss. Asiat. et Pflugiano.)

„Chalifa Mu'hammed Emirus Fidelium."

a. 194. A. II. sup. سلام, inf. ضرد? (in Mus. Manteuf. v. Beitr. p. 15.)
a. 195. A. II. inf. صبيد (Gedani olim, v. Kehr N° XVI.)
a. eod. A. II. sup. داود, inf. صرد? (in Mus. Asiat.)

„Imamus Mamun Wely Fœd. Muslimorum
Âbd-ullah filius Emiri Fidelium."

a. 195. A. II. sup. الفضل, inf. طاهر (in Mus. Asiat.)

(Mamun Chalifa.)
absque hoc nomine

a. 197. A. II. inf. ذو الرياستين et inferius د (in Mus. Asiat.)
a. 198. A. II. inf. ذو الرياستين (in Mus. Asiat.)
a. 199. A. II. id. (in Mus. As.)
a. eod. A. II. absq. h. tit. (in Mus. quond. Adl. Berol. v. Tychs. Add. p. 24.)
a. 201. A. II. inf. ذو الرياستين (in Mus. Univ. Rostoch. v. Adler. II, N° XXII.)

„Mamun Chalifa Dei."
&
„Emirus Rifza, Wely Fœderis Muslimorum,
Âly filius Musæ de posteris Âlyi filii Abu-Talibi."

a. 203. A. I. inf. المشرق } (in Mus. Nejelow. v. Mémoires de
A. II. inf. ذو الرياستين } l'Acad. T. IX, p. 614. p. m. 52.)

(Mamun.)

absque hoc nomine

a. 204. (in Mus. Zosim.)

B) Numi Tahiridici.

„ *Mutewekkil - 'al' - allah.* "

&

„ *Abu - Åbd - ullah.* "

a. 238. (in Mus. Sprewitziano. vid. sup. N° 15.)
a. 240. (in M. Pflug. v. Beitr. p. 34.)

„ *Mutewekkil - 'al' - allah.* "

&

„ *Mu'tess - billah.* "

a. 243. (in Mus. Asiat. — Pflug. v. Beitr. p. 35. — Muenter. v. Tychs. de Def. p. 86.)

—

a. 246. (in Mus. Sprew. v. infr. N° 17.)

—

„ *Musta'in - billah.* "

? a. 248. (in Mus. Pflug. v. Beiträge p. 48.)

„ *Musta'in - billah.* "

&

„ *Åbbas fil. Emiri Fid.* "

a. 249. (in Mus. Muenteriano. v. Tychs. de Def. p. 87.)

C) Numi Samanidici.

„*Muktedir - billah.*“
&
„*Abu'l-Âbbas fil. Emiri Fid.*“

a. 310. A. II. inf. „*Ahmed ben-Âly.*“ (in Mus. Hallenb. v. Hall. I, p. 158, II, p. 89. vid. me et infr. p. 506.)

„*Muktedir - billah.*“
&
„*Nafr ben - Ahmed.*“

a. 315. A. I. inf. „*Mu'hammed ben-Âly.*“ (in M. Mus. sol. Imp. Petrop. v. Mém. de l'Ac. T. IX, p. 576. p. m. 14. v. et infr. p. 507.)

Aur. a. 317. (in Mus. Asiat. v. inf. p. 507.)

D) Numi Buweihidici.

„*Mu'ti - lillah.*“
&
„*Rukn - el - daula Abu - Âly Buweih.*“

a. 345. (in Mus. Romanzow.)
a. 355. (in Mus. Asiat.) (*)

(*) Notandum est, in hoc conspectu numorum Mu'hammediæ nomine insignitorum, ut annorum notationes in numis quibusdam aliorum curà editis minus recte habentes a me tacito emendatæ sunt, ita omissos esse quotquot a b. Tychsenio per litteras nimis leviter mihi indicati erant, et ejectos, quoscunque ab editoribus Mu'hammediæ parum certo adscriptos vel quoad annum dubios deprehendebam, veluti numum Marsdenianum XXXII. quem potius Bafræ cusum esse mihi videri supra pag. 70 monui; item num. Adleri quondam Berolinensis a b. Tychsenio descriptum in Addit. p. 17, quem ex Afrikiæ urbis officinà monet. profectum (et ورى pro pessimo ابن exhibere) numus simillimus in Mus. Asiat. asservatus me docuit; item numum Hallenbergii ab ipso descriptum in

Hic, quantum video, postremus numorum est, in quibus Rey nomen habet Mu'hammediæ. Nec, si recte memini, urbs hæc sub ipso vero nomine suo deinceps mihi in numis oblata est; unum rarissimum, qui in Mus. As. asservatur, si excipiam numum Alp-Arslani, Sultani de Seldschukidarum in Iran dynastiâ, cusum in el-Rey (*) a. 455 vel 465.

Circa hos autem numos etsi permulta inquirendi observandique mihi locus sit, hic tamen nonnullas duntaxat eorum caussas paullisper excutere, ut licet, ita sufficiet.

1) Videmus numos fidem firmare auctoribus a Mehdyo cognomen Mu'hammediæ inditum Reyæ esse tradentibus; in ipsius enim Mehdyi numis primum id comparet. Sin autem jam inde ab a. 148 in iis invenitur, id non est quod auctoribus iisdem ædificationi a Mehdyo in urbe Reyâ cœptæ a. demum 158 summam manum impositam esse referentibus repugnare existimes. At auctorem τοῦ مجمل التوارخ *Mudschmil-el-tawarich* opus hoc a Mehdyo a. demum 152 inceptum narrantem (**) falsum esse probant numi nostri; quamquam idem alio loco initium ejus ad a. 142 rectius fortasse rejecit; certe numos Mehdyi in الرى *el-Rey* cusos jam a. 146 esse vidimus, ita ut suspicari liceat, hanc urbem, nonnullis demum annis post inceptum novæ ædificationis opus elapsis, nomen Mu'hammediæ indeptam esse

2) Numus ille, qui Amini Chalifæ nomini inscriptus et Mu'hammediæ cusus a. 194 est, sed magis etiam, qui a. 195, turbare nos

NN. OO. I, p. 82, qui Aghlebidicus est et in ipsâ etiam Afrikiâ, ut videtur, cusus (v. supra p. 40); it. num. Mus. Mediolanensis XXIII, quem non a. 162, sed 192 potius tribuendum dixi in Jen. Ergänz. 1822, N° 57. &c.

(*) quæ hujus principis sedes regia erat. Inde eidem inducias petenti Romanus imperator Græcus, apud Abulf. in Hist. Dyn. p. 346=227, respondet: لا اهادنه الا بالرى *non nisi in ipsâ Rey cum eo inducias sum facturus.*

(**) Journal des Savans. 1823, Mars, p 135.

et in dubitationem adducere potest, quia ex Chondemiro (*) scimus Reyam sub Mamuni ditione Chorasanicâ fuisse, ex Ibn-el-'Amido autem et Sojutyo, Mamunum a. 194, post orta inter ipsum et Aminum fratrem dissidia funesta, hujus Chalifæ regnantis nomen ex precatione publicâ et monetâ exclusisse, et ipsum Imami titulum assumsisse, insequenti vero anno post partam illam de 'Aly ben-'Isa victoriam insignem etiam Chalifam salutatum esse. (**) Quod ad priorem quidem numum, non esse videtur, quod nos impediat, quominus eum paullo ante, quam hoc dissidium inter fratres dicto anno erupisset, Reyæ cusum esse, prout ante hunc annum alii numi cum ejusdem Amini, heredis Chalifatûs, nomine ibidem cusi sunt, conjiciamus. Ad alterum autem numum, cusum illum a. 195, quod attinet, is sane iis, quæ Ibn-el-'Amid et Sojuty ll. ll. memoriæ prodiderunt, parum consentaneus esse videtur; at idem cum Abu'l-fedâ stat ejusque auctoritate tegitur. „Anno 195 (inquit Abu'l-feda) Aminus Ma„muni nomen omitti porro jubebat in precibus publicis e fanorum „suggestibus recitandis. *Ad eum* enim *annum* utrumque nomen in „votis publicis junxerant oratores, ex quo Harun Chalifatum testa„mento legaverat Amino simulque huic successorem futurum subje„cerat Mamunum." (***) Atque sane videmus Mamunum, ceu *Chalifam*, anno demum 196 in numis suis comparere, antea autem, et ipso adhuc a. 194, junctos titulos *Emiri* et *Filii Emiri Fidelium* et *Wely Fæderis Fidelium* satis habuisse, quamquam in uno Samarkandensi, quem extremo hoc anno cusum esse existimo, *Emiro* jam *Imamum* substitueret; atque hoc posteriore titulo (*Imam*) unà cum ceteris duobus (*Fil. Em. Fid.* et *Wely Fæd. Fid.*) etiam in numis a. 195 Balchæ & *Mu'hammediæ* cusis usum esse, in aliis tamen hoc eodem anno, haud dubie *post* gloriosam illam victoriam ex A'ly ben-'Isa reportatam, cusis jam ulterius progressum, ab-

---

(*) v. supr. p. 51.

(**) v. Ibn-el-'Amid p. 125 et Sojuty apud Adler. in Mus. Cuf. Borg. T. II, p. 34.

(***) v. Abulf. Annales T. II, p 97 sq.

jectis etiam binis illis titulis *Fil. Em. Fid.* & *Wely Fœd. Musl.*, solum titulum *Imami* servâsse, et huic tandem anno 196 titulum dignitati Chalificæ proprium *Emiri Fidelium* addidisse. Quum itaque ex ipsis Mamuni numis efficiatur, eum anno adhuc 195 *Wely Fœderis Muslimorum* seu heredem Chalifatûs sese dixisse et, licet titulo *Imami* (qui quidem solus dignitatem Chalificam non involvebat) affectato, auctoritatem Chalifatûs Amini nondum rejecisse, patet, primo certe dimidio a. 195 Reyæ potuisse, præter numos Mamuni illis titulis auctos, alios etiam nomine Amini Chalifæ cudi, etsi hi postremi fuerint, quos hujus nomine hæc officina protulerit. Nam Tahir, postquam 'Alyum sæpe memoratum, qui med. mense sexto a. 195 Baghdado Reyam castra moverat (*), infestis armis in ditionem Reyensem penetrâsse intellexisset, edixit, ne Aminum porro, sed Mamunum, pro Chalifâ haberent, quo facto copiis suis in hostem eductis pugnam illam commisit, quam momentum habuisse ad totius belli eventum constat. (**)

3) De Tahiridicis numis Mu'hammediæ cusis redi ad ea, quæ supra horum Emirorum numis prælusi. Ad tres autem numos *Samahidicos* Mu'hammediæ cusos quod attinet, eorum caussam atque naturam paullo accuratius explorare par est. Reyam cum aliis urbibus magis adhuc ad Occidentem vergentibus jam ab initio hujus dynastiæ sub ditione Isma'ilis I. fuisse auctor antiquus disertis verbis refert. (***) Subpræfectorum autem curæ, ut tunc, ita postea commissa erat. Verum in turbis motibusque, quibus tunc temporis maris Caspii littoralia meridionalia iisque conterminæ regiones ab 'Alidis maxime agitabantur, fieri non potuit, quin remota provincia Reyensis non semper salva et integra permaneret Emiris Samanidis.

(*) v. Sojuty l. c. p. 34.

(**) v. Abulf. Annal. T. II, p. 99.

(***) The Oriental Geogr. transl. by Ouseley p. 122. add. Mirchond. ed. Wilk. p. 18 sq. Malcolm the History of Persia. T. I, p 296.

Sic (ad tempora numis nostris proxima ut statim me convertam) a. 303 & 304 (*), quo tempore ipsi Chalifæ subjecta fuisse videtur (**), Reyam cum adjacentibus occupaverat Emirus Jusuf ben-Abi'l-Sadsch (***), eam vero deinde ad conditiones a Munes, Chalifæ duce bellico, latas accedens huic dedidit. Ab hoc cui commissa fuerit urbis præfectura, etsi indicatum non inveniam, illum tamen, qui se nobis offert in numo Hallenbergiano anni 310, *Ahmedem filium Ályi* (ut recte censuit legendum Castiglioni (****)), vix puto esse alium, quam احمد بن على اخو صعلوك السامانى *Áhmedem filium Ályi fratrem Sa'luki* (*****) *Samanidæ*, quem a. 307 ab urbe Abhar signa movisse junctisque cum Munesio copiis ad Jusufum filium Ábu'l-Sadschi fugandum contribuisse, deinde autem

---

(*) Ita Tarich Manfury. Dschemal-el-din 'Halcby (v. Lokmani Fab. et plura loca &c. ed. Freytag p 35) ad a. 305 referre videtur.

(**) v. Freytag l. c. inf.

(***) Jusuf ben-Abi'l-Sadsch nomen in rerum Arabicarum illius ævi historiâ percelebre est. Operæ igitur pretium esse puto, hac oblatâ occasione hujus Emiri strenuissimi de parvà et sub ipso maxime florente *Dynastiâ Sadschianâ* (الدولة الساجية) indicare numum unicum, quod sciam, sed qui hucusque, ut duumviros præstantissimos, qui edidere, ita reliquos rei numariæ Mu'hammedanæ peritos latuit. Descriptus est in Mœlleri de numis OO in numophyl. Gothano asservatis Com. I, p. 41, N° XIV et in Tychsenii Com. de Defect. p. 88. Cusus a 291 in Ardebil, sede Emirorum hujus dynastiæ (v. Freyt. l. c p. 37.), in A. II. Chalifæ Muktefi nomini subjecta offert nomina legenda hæc يوسف بن ديوداد *Jusuf, filius Diwdadi*. Diwdad (quod nomen ab editoribus ll. cc. minus recte دنوكان *Danukad*, vel كيوكاد *Kiwkad* transscriptum) idem est cum illo, qui vulgo hyionymico suo audit ابو الساج *Abu'l-Sadsch*, a quo nomen traxit hæc dynastia, cujus fatorum et rerum gestarum enarrationem, brevem illam quidem sed maximi faciendam, ex Dschemal-el-dino edendo doctissimus Freytag permagnam gratiam iniit ab omnibus, qui historiæ Arabicæ accuratiore cognitione delectantur. Quod restat, numus hic gemma eorum est, quos ex Museo Gothano cura cel. Mœlleri ad numophilorum notitiam produxit.

(****) Monete Cuf. del Mus. di Milano p. 32.

(*****) De hoc Sa'luk consule 'Hamsam Ifpahan. apud Reisk. ad Abulf. Annal. T. II, not. 279. et Mirchond. ed. Wilken p. 30. 42. 44.

ultimo mense a. 311 ab hoc ipso Sadschide inter Abhar & Sendschan cladem accepisse Dschemal-el-din (*) auctor est. Hunc A'hmedem Samaniden Reyæ subpræfectum nomine Nafri II. fuisse, mihi perquam credibile est. (**)

A. 313 Reya a Fatik, quondam armigero Jusufi filii Abi'l-Sadschi, occupata fuerat, sed mox Nafr II. Emirus Samanides, qui a Muktediro Chalifâ vocatus eo castra moverat, urbem usurpatore ejecto recuperabat (***). Nafrus ei Simdschurum Dawaty præficiebat, cui posthac revocato *Mu'hammedem ben-Sa'luk* (محمد بن صعلوك) substituebat. Hic Mu'hammed hoc ipso anno (?) morbo correptus 'Hasano ben-Kasim 'Alidæ et Makan ben-Kaki ex Tabristano advocatis provinciam suam cedebat, nec ita multo post fato perfunctus est. 'Alide 'Hasano aliquamdiu post (mense 9 a. 316 (****)) occiso, *Asfar ben-Schirweih* (اسفار بن شيرويه) *Reyam* unà cum provinciis vicinis occupabat. Is ab initio quidem in Chutbâ publice Nafro Emiro fidem promittere, sed mox rebus novis studere et summam Muktediri Chalifæ pariter atque Nafri Emiri auctoritatem detrectare. Quo motus Samanides hic a. 317 contra eum movebat, nec tamen *Reyam* perveniebat, nam, re amice compositâ, sub conditione annui tributi solvendi in provinciâ occupatâ confirmatus est *Asfar*. (*****) Quæ quum ita sint, *Mu'hammed ben-Âly*, qui a. 315 *Mu'hammediæ* cudit numos cum Chalifæ et Nafri Samanidæ nominibus tum suo ipsius nomine auctos, idem esse videtur atque *Mu'hammed ben-Sa'luk* Mirchondi, nec diversus ab illo

---

(*) v. Freytag l. c. p. 37. 38.

(**) Accedit, quod numus ipsius Nafri II. Samanidæ nomen gerens hoc eodem a. 310 Mu'hammediæ cusus b. Tychsenio innotuisse videtur.

(***) Id (si huc, ut opinor, referendum est, quod de Nafri itinere Reyam suscepto narrat Abu'l-feda in Annall. T. II, p. 350) factum est a. 314.

(****) v. 'Hamsa l. c. not. 279 & 291.

(*****) v. Mirchond. ed. Wilk. p. 44 sq.

Mu'hammede ben - Âly ben - Sa'luk, qui ab Ibn - Abi'l - Sadscho a. 303 *Reyá* exturbatus esse in Taricho Manfury traditur et qui deinceps fortasse in provinciam suam restitutus est. Fuit ergo et ipse Samanides, et Emiri Nafri subpræfectus. Alterum autem nummum, aureum quidem, quem a. 317 *Mu'hammediæ* cum nominibus Chalifæ et Emiri Samanidæ signatum esse vidimus, ab *Asfaro ben-Schirweih* (*) in homagii signum cusum et de numero eorum esse existimo, quos hic Nafro in tributum annuum præstare tenebatur.

4) Jam ad quartum et postremum numorum Kuficorum Mu'hammediæ cusorum genus, *Buweihidicos*, transeamus. Scimus Merdawidschum, occiso Asfaro (a. 319), ejus ditionibus omnibus, in quibus et *Reya* erat (**), potitum esse (***), et, ipso etiam de medio sublato (a. 323), de iisdem cum Waschmegiro ejus successore 'Emadum Buweihiden multum ac diu contendisse. (****) At interea *Reya* quidem Waschmegiro ab Abu-'Aly, duce copiarum Nafri II. Samanidæ, a. 329 erepta est. (*****) Scimus porro ex Mirchondo (ad a. 332 sqq.), quot deinde imperii vices hæc urbs subierit, ut quæ jam Rukno Buweihidæ, jam Emiro Samanidæ, jam aliis usurpatoribus parere cogebatur; (******)

(*) Erat de familiâ τῶν وروداداونذان (?) v. 'Hamsa l. c. not. 291.

(**) v. Ibn - el - 'Amid p. 191. Abulf. Ann. T. II, p. 352.

(***) Præ se ferebat obedientiam (Samanidæ) Chorasanæ, nomine Chalifæ, Præfecti افام بها (يعنى بملكته) مظهرا طاعة عامل الخليفة بخراسان inquit Ibn-el-'Amid p. 192 sup. ubi male Erpenius: „Fuerat in Tabristanâ *Mutahhar Ataas* Præfectus Chorasanæ, nomine Chalifæ." Nehilum quidem hic subolnit b. Diezio in Buch des Kabus p. 37.

(****) v. Abulf. Ann. T. II, p. 394.

(*****) v. ib. p. 414.

(******) Hic ne quem turbet locus Mas'udyi ex vers. cl. Habichtii (in cl. Klaprothii Beschreib. der Russ. Provinzen &c. p. 257), ubi, qui c. a. 332 *Reyam* aliasque 'Irakæ Pers. regiones tenebat, *Adschum Dawan* dicitur, moneo hoc utrum-

sed a. certe 314 *Ruknum* possessionem ejus tenuisse, eâque quum eum movere moliretur 'Abd-ul-melik I. Samanides, rem bonâ cum gratiâ inter ambos esse compositam. (*) Similiter *Ruknum* a. 356 *Reyam* tenuisse, eamque ab eo recuperare quum denuo tentâsset Samanides (Mansur I.), certis conditionibus pace inter ipsos compositâ (a. 361) ab armis cessatum esse, idem Mirchondus nos docet. (**) Jam in horum posteriorum annorum intervallum bini illi incidunt, quos supra commemoravimus, numi *Mu'hammediæ* a *Rukno Buweihide* cusi, alter a. 345, alter a. 355. Quo pacto de urbe Reyâ in numis etiam Buweihidarum obviâ dubitare neutiquam liceat. Sed quid multa? „Reya est hac nostrâ memoriâ, inquit „Ibn-'Haukal, summum 'Irakæ Persicæ Diwanum sedesque Emira„tûs; nam ejus rex Abu-'Aly 'Hasan ben-Buweih ('Emad-el-daula) „in eâ sibi familiæque suæ sedem ac domicilium constituit. Tota „ipsi paret provincia &c." (***) Nec non Dschems-el-din Dimeschky (****): „Reya sedes imperii Buweihidarum fuit."

Hæc (spero) ad sententiæ meæ, quâ Mu'hammediam numorum Kuficorum non esse aliam urbem quam Reyam asserui, veritatem probandam sufficient. Mirari autem subit, hoc hujus urbis cognomen, etsi tritum olim et pervulgatum fuerit et in numis Kuficis per duo sæcula obtinuerit, deinceps adeo in desuetudinem non solum sed in oblivionem etiam abiisse, ut, quemadmodum supra vidimus, vel ipsum Jakutum, hominem litteratissimum et cum primis in libris geographicis & historicis versatum, diu fugere potuerit, et

'que nomen haud dubie corruptum esse ex سيمجور دواتى *Simdschur Dawaty*, quod in Arabicis quidem fieri poterat ut pro دوان عجوم haberetur. De hoc autem Simdschuro adi Mirchond. Hist. Samanidarum.

(*) v. Mirch. ed. Wilk. p. 70.

(**) ed. Wilk. p. 76 sq. coll. Abulf. Ann. T. II, p. 512.

(***) v. Uylenbroek l. c. p. 8 = 10.

(****) ib. p. 83 = 102.

Ibn-Challekano, doctissimo illi vitarum excellentium virorum scriptori, ignoratum mansisse videatur. Nam locus in extremà vitâ Ibn-Farisi apud ipsum obvius, qui ita habet: توفى سنة تسعين وثلثماية بالرى وقيل انه توفى فى صفر سنة خمس وسبعين بالمحمدية والاول اشهر et cui de Reyà quidem notissima nonnulla, sed de Mu'hammediâ ne verbulum quidem subtexuit, satis superque prodit, eum et ipsum in hujus nominis ignoratione versatum esse. Tales autem si hæc Reyæ appellatio fugere potuerit, minus miraberis, si eandem nec apud Edrisyum, Kaswinyum, Ibn-el-Wardyum, Abu'l-fedam, 'Hamd-ullahum, Bakuwyum similesque nec apud ullum Europæorum recentiorum, qui de Persiæ geographiâ scripserunt (veluti Wahlium, Kinneirium, Ouseleyum, ingentem aliorum turbam ut taceam) deprehendas.

Jam restare video, ut ejus, quæ de illâ appellatione, quasi Baghdadum ipsam vel ejus certe partem aliquam indicet, hucusque obtinuit, sententiæ levitas demonstretur. Sed hoc quidquid est negotii piget me suscipere. Suscipiat, cui magis, quam mihi nunc quidem, vacat.

Nec ipsius Reyæ fata hîc persequi et enarrare consilii mei ratio fert; quamquam vellem existeret, qui urbis hujus ut antiquissimæ ita nobilissimæ historiam a summâ inde memoriâ repetitam ad novissima tempora, quæ ruinis dudum sepultam viderunt, pertextam ex scriptoribus Orientalibus maxime et itineratoribus recentioribus singulari libro exponeret. Digna profecto quæstio est, quæ vel post ill. Ouseleyi curas (*) accurate et diligenter pertractetur. Equidem iis, quæ supra de cognomine Mu'hammediâ exposui, hîc non addo, nisi paucula de aliis nonnullis nominibus, quæ huic urbi fuisse auctores Mu'hammedani tradunt (**), parum illis, ut video, in vulgus notis.

(*) v. Travels in various countries of the East T. III, p. 174 — 199.

(**) Ex scriptoribus Græcis constat, eam præter Ραγα (Ραγαι, Ραγεια) etiam Ευρωπος & Αρσακη (Αρσακεια) appellatam fuisse. — Ipsi nomini

Quorum 1) primum est رام فيروز *Ram - Firus*, quo eam a Firus filio Jesdedscherdi, qui condiderat, appellatam esse refert 'Amrany (العمرانى) (*), et ex quo ام فيروز *Omm - Firus* (**) corruptum esse puto (***) 2) Dscha'far filio Mu'hammedis Rasy auctore (****), كانت الرى تدعى فى الجاهلية ازادى „Reya tempore της αγνοιας s. ante „Islamismum ortum *Asadi* vocabatur.“ Sed orthographia hujus nominis num recte habeat, in medio relinquo. 3) In simili ambiguæ scripturæ caussâ versatur nomen بوراجير (vel بوزاجير), quod eidem antiquissimo tempore fuisse, et deinceps in بهورند mutatum esse Ibn - el - Kelby (apud eund. Jakut.) refert. 4) 'H. Chalfa in Dschihan - numa p. 291, „Mehdy Chalifa, inquit, sub Manfuri patris Chalifatu præfectus Reyæ aliquot annos hac in urbe com- „morans eandem restauravit novisque auxit structuris. Ibidem quum „ipsi natus esset filius Raschid (*****), huic urbi tunc temporis no- „men *Mehdiæ* (مهديه) imposuere.“ At hic vereor ne quid erratum sit a Turcâ doctissimo, et vocabulum Mu'hammedia cum Mehdia male permutatum; quamquam in *Mehdy - Abad*, quod supra p. 75 apud Abu-Sa'adum deprehendimus, fortasse habeat, quo se tueatur.

Nec id ad extremum silentio transibo, quod, si Ibn - el - Fakiho (******) aurem præbes, Reyæ etiam in Veteri Testamento Ebræ-

الرى *el - Rey* notionem *pulchritudinis* subesse (ومعنى الرى الحسن), Schems - el - din Dimeschky l. c. ait.

(*) Apud Jakut. in Lex. geogr. maj.

(**) Apud Schems - el - dinum Damascenum. v. Uylenbr. l. c. p. 83 = 102.

(***) Ab Eutych. (Ann. II, p. 110) *Ram - Firus* hæc in كسكر *Kesker*, qui nomus Wasitanus, non, ut Herbelotio visum, regio Cosgar in Turkistaniâ est, collocatur. In Tarichi Fenay fol. 28 invenio inter urbes ab hoc Firuso conditas *Firus - Ara* (فيروز ارا) *in tractu Reyensi*. In Dschihan - Ara (v. Ouseleys' Epitome p. 52) est *Firus - Behram*.

(****) Apud Jakut. l. c.

(*****) Ultimo mense a. 148.

(******) Proprie A'hmed ben - Mu'hammed Hamadany, scriptor antiquus, ut qui med. sæc. IV. H. floruisse videtur. Supra p. 73 male (puto) audiebat *Mu'h. b. A.*

orum mentio facta sit. Ita quidem Jakutus in Lex. sæpe laudato: حكى ابن الفقيه عن بعض العلماء وقال فى التورية مكتوب الرى باب من ابواب الارض واليها متجر الخلق „ Ibn - el - Fakih ex auctoritate alicu„jus viri docti narrat, in Pentateucho scriptum esse: „ „ Rey una „ „ de portis terræ est, ad eamque tanquam ad scopum undique „ „ tendunt homines. " "

16.

Rarissim. notab. eus. بمدينة ماه الكوفة سنة ؛ ؛ ؛ مائتين *in urbe Mah - el - Kufá* (vid. Tab.) *anno ducentesimo* ∴ ∴ ∴ . (a. 240 = Ch. 854 - 5.)

A. I. pp. المعتز بالله *El - Mu'tess - billah.*

A. II. pp. *El - Mutewekkil - 'al' - allah.*

Notationis anni non restat quidem nisi numerale centenarium, reliquâ parte prorsus deletâ; si quid tamen ex hujus spatio satis angusto judicare licet, unum duntaxat numerale intercidit, denarium scilicet, ita ut numus sit anni 240. Hujus quidem anni jam novimus numum ex Museo Pflugiano (*), sed Mu'hammediæ eusum et in inf.* A. I. gerentem *Abu - Abd - ullah*, pro quo in hoc *el - Mu'tess - billah* legitur, quo titulo hunc filium Mutewekkili postquam rei monetariæ administrandæ præfectus esset, ornatum fuisse, mihi credibile est; ita ut numus hic Sprewitzianus, etsi ejusdem anni atque Pflugianus, eo tamen paullo posterior existimandus sit. Quod autem in hoc numo primum (**) nobis se offert urbis nomen et ipsum postulat, ut in eo illustrando diligentiorem operam locemus.

(*) v. Beiträge p. 34.

(**) Recurret deinceps in numo Buweihidico N° 22.

Nomine ماه الكوفة *Mah-el-Kufa*, vel, ut plenius in hoc quidem numo est, مدينة ماه الكوفة, indicatur الدينور *Dinewar* (aliis *Deinewar*) urbs in provinciâ Dschebal s. 'Irakâ Persicâ (in hodiernâ quidem Kurdistanâ Persicâ) sita. (1) Recentiores quidem peregrinatores & geographos (2) hæc hujus urbis appellatio fugit, haud dubie quod diu obsolevit. Verum, ut in hoc tertii alioque quarti sæculi H. numo, ita in veteri Arabum historiâ comparet, veluti apud Nikbyum in provinciarum sub 'Omaro Chalifâ expugnatarum narratione (3), item apud Abu'l-fedam ad annum 299 (4). Etiam geographi Arabes &c. probe noverunt. Ibn-Haukal Mah-el-Kufam simul et ماه البصرة *Mah-el-Bafram* memorat, licet, quas urbes hac denominatione innuat, non addiderit. (5) Jakut autem in Lexic. geogr. majore, auctor libri Merafid (6), Firusabady, Nikby, Nafir-el-din et Ulugh-Bey (7) disertis verbis nos docent, Mah-el-Kufa nomen esse urbis Dinewar, ut Mah-el-Bafra (8) vel ماه الدينار *Mah-el-Dinar* nomen urbis *Nehawend*. Abu'l-feda nomine Mah-el-Kufa non solum urbem Dinewaram, sed simul etiam ejus ditionem (هى واعمالها) comprehendit (9); nomine autem Mah-el Bafra non urbem Nehawend, sed *Hamadanam* ejusque ditionem afficit (10).

(1) Huic urbi 'Abd-ullahum Tahiriden certe a. 213 præfuisse Ibn-Challekan refert.

(2) Nominare sufficit 'H. Chalfam, Kinnairium, Ouseleyum, Hammerum.

(3) v. Notices & Extr. T. II, p. 373.

(4) v. Annal. T. II, p. 321, ubi nota ven. Adleri parum ad rem facit.

(5) v. Uylenbr. Spec. geogr. hist.

(6) ib. p. 75. 77.

(7) Binæ Tabulæ geogr. p. 15 & 47. At ibi Gravius, vertens „*Dainawarmah Alkufah*," et ipse prodit se hujus appellationis naturam parum cepisse.

(8) Habes hoc apud Abulfar. in Hist. Dyn. p. 183. t. et in Ockley's Gesch. der Saracenen. T. I, p. 388.

(9) Uylenbr. l. c. p. 54.

(10) ib. p. 57. Per imprudentiam autem factum esse puto, ut Reiske in suâ Geographiæ Abulf. versione (Tab. XIX.) utroque loco omnem hanc de hac geminâ appellatione observationem tacitam prorsus relinqueret.

Suspicari quidem posses commissum errorem, quo ad Hamadanam relatum sit, quod ad Nehawendam referri debebat; id quod per Tabularum, quæ in codicibus msptis Geogr. Abulf. obtinet, rationem facile accidere potuisset. Verum ex Jakuto et libro Merafid (*) patet, non *Nehawendam* solum, sed *Hamadanam* etiam et *Komm* nomine *Mah-el-Bafra* comprehensas fuisse. Neque tamen ibidem appellatio الماهان *el-Mahan* s. *duo Mah*, quà plerique reliqui auctores Dinewaram et Nehawendam complectuntur, ad illas etiam urbes extendi videtur.

Caussam autem, cur urbibus Dinewar et Nehawend nomina *Mah-el-Kufa* et *Mah-el-Bafra* indita fuerint, tradunt esse hanc, quod Kufensium maxime militum ope illa, Bafrensium hæc expugnata sit, ideoque suæ singulis urbis expugnatæ cesserit tributum. (**) Auctorum laudatorum prior quidem hoc regnante Mo'awiâ Chalifâ factum esse asserit, reliquis id ad 'Omari I. Chalifatum referentibus. Atque cum his facit etiam celeberrimum Lexicon Persicum Ferheng Dschihangiry, quod quum et in narrandâ re gestâ paullulum ab illis dissideat et insuper interpretationem vocabuli *Mah* addat, totum locum ex codice ejus in Mus. As. Acad. Petrop. asservato describere haud ab re fuerit. در تاریخ طبری مسطور است که حذیفه بعد از فتح همدان جون نهاوند شهری خرد بود وانهمه سپاه برنداشت بدو نیم کرد هرچه سپاه بصره بود بنهاوند فرود امدند وانچه لشکر کوفه بود بدینور نزول نمودند جون ماه بزبان پارسی پهلوی شهر وملکت را کوبند نهاوند را·

(*) Uylenbr. p. 75.

(**) v. Mobarrek ben-Sa'id apud Jakut. in Lex. maj. Auct libri Merafid apud Uylenbr. p. 75 & 77 Golius ad Ferghan. p. 222. Ceterum simili fere ratione Arabes quibusdam urbium Hispaniæ captarum occupatarumque indidere nomina mutuata a patriis, quas in Asiâ tenuerant, sedibus, veluti urbs Jaën vocata est Kinnesrin a copiis Kisnesrinensibus, quæ ibi considebant, Hispalis vocata 'Hems (Emessa) &c. v. Casiri Bibl. II, 252 et Grangeret de la Grange in Journal Asiatique Tom. IV, p. 369.

مله بصره ودینور را ماه کوفه می کنند لهزا عربان این هر دو ماه را ماهین میخوانند „In Chronico Taberyi memoriæ proditum exstat, 'Hosei-„fam (*) captâ Hamadanì, quum Nehawendam angustiorem, quam „quæ totum ipsius exercitum caperet, deprehendisset, in duas eum „divisisse partes, et copias Basrenses in Nehawendâ, Kufenses in „Dinewarâ collocari (jussisse). Jam quum *mah* in linguâ Persicâ „Pehlwicâ *urbem* et *regnum* designet, Nehawenda nomine *Mah-Ba-„sra*, Dinewara autem *Mah-Kufa* appellabatur. Ideoque Arabes hæc „duo Mah *Mahein* nuncupant." Cum his plane concinunt auctores Lexicor. Pers. Burhan - kati' (**) et Ferheng - schü'ury. (***)

Significationem Pehlwicam, *regni* quidem, etiam Nikby (l. c.) vocabulo *Mah* subjicit; Jakut autem in Lex. geogr. maj., et Samachschary apud eundem, nec non auctor libri Merasid et Firusabady in Kamuso idem interpretantur قصبة البلد (****); at vocem قصبة, quum ambigua nec unius significationis sit, quo sensu hic acceperint, dubium est; nam tum de *primariâ* s. *potiore urbis parte*, tum de *arce*, tum de *emporio*, tum de *oppidulo pagove* usurpant. (*****) In vocabulariis Pehlwicis ab Anquetilio editis (******) video p. 516 *mata*, *village*, *gros bourg*, et p. 443 *matahan*, *villages*, *gros*

(*) a. H. 21. v. Ibn-el-'Amid p. 25. coll. Abulf. Annal. T. I, p. 248.

(**) ed. Calcutt. p. 841. Constantinop. p. 749.

(***) T. II, p. 358.

(****) Samachary quidem l. c. ita scribit: اهل البصرة يسمون القصبة بماه فيقولون ماه البصرة وماه الكوفة كما يقولون قصبة البصرة وقصبة الكوفة „Basrenses kasabam appellant *Mah*, indeque dicunt *Mah-el-Basra* et *Mah-„el-Kufa* eodem sensu ac si dicerent Kasabet-el-Basra et Kasabet-el-Kufa."

(*****) v. Firusab. in Kamus. Gol. ad Ferghan. p. 182. S. de Sacy ad Relation de l'Egypte par Abd-allatif p. 434. & 573. Fundgr. d. Orients. T. I, p. 220. — Meidany in Onomastico القصبة & البيضة explicat per میان شهر *mediam partem urbis*.

(******) v. Zend-Avesta T. II.

bourgs. Censeo hoc ipsum esse, quod illi auctores innuerunt vocabulum Pehlwicum, quamvis Jakutus بالبا خالمة *cum h purá* (non punctatâ ة) scribi moneat, idemque et in Syriaco מתא *mota* et Talmudico *mata* (*locus, urbs*) agnosco.

Diversas autem, quas in hac voce concurrere videmus, notiones *regni, urbis, vici, fori,* haud scio an ita inter se concilies, ut originariam ejus vim conjicias fuisse *locum*, quæ deinceps per temporis decursum et rerum publicarum vicissitudines usu diversas illas in formas variata sit. Conferri autem velim Germanorum Ort, quod et ipsum cum ad districtum certis finibus circumscriptum (veluti die 13 Orte der Schweiz, d. i. die 13 Cantone derselben) tum ad urbem, arcem, oppidum, vicum (c. e. ein fester, ein offener Ort) designandum adhibetur, item Russ. мѣсто (mèsto, locus), quod in Biblior. versione Slawonicâ et de tractu vel regione usurpatum est, veluti Act. Apost. XXVII, 2: восхотѣвше плыти во Асїйская мѣста, *μελλοντες πλειν τους κατα την Ασιαν τοπους*, et ejus diminutivum мѣстечко (*mèstetschko*, parvus locus) de oppidulo, vico, foro; quâ eâdem in caussâ etiam *miasteczko* apud Polonos versatur, qui præterea et ipso *miasto* (locus) de urbe vel civitate utuntur. Quid? quod hæc ipsa vocabula Slawonica cognatione teneri puto Pehlwici, quod omnino quam latissime diffusum est. Nam illa Mah-el-Kufa et Mah-el Basra, tantum abest, ut sola sint, in quibus hoc vocabulum compareat, ut etiam multa alia urbium et regionum nomina ex eodem composita deprehendantur. Sic ماه البقرة *Mah-el-Bakra* cognomen urbis Sohreward apud Nasir-ed-dinum (l. c. p. 17) et ماه السند *Mah-el-Sind* (si lectio sana) apud Abulf. (Ann. II, p. 522) occurrit, atque ab 'Hamsâ filio 'Hasani (apud Jakut.) commemorantur hæc: ماسبذان *Ma-sebedan* (al. Masendan, Masidan, v. supr. p. 26) in tractu Sirewan (9 mill. Arab. ab urbe Karmaschin s. Kermanschahan), ماه شهرباران *Mah-Schehrjaran* nomus, in quo oppida Tur, Metamir & Berbitia, cis 'Hulwanum, ماه نهر اذان *Mah-Nahrasan* in eodem tractu, ماه بسطان *Mah Bastan*

nomus in provinciâ Kumis, ماه هروم *Mah-Harum* nomus in Mesopotamiâ, ماه كران (contr. مكران) provincia Mokran, ماه سكان s. ماسكان *Mah-Sekan* (*) (et simpl. سكان) ead. q. Sedschistan. „Hac eàdem ratione usi, addit auctor postremo loco laudatus, Dschin i. e. Sin (Sinam) appellàrunt *Mah-Dschin* “ وعلى ذلك سموا جين التى هى الصين ماه جين ايضا Quæ observatio a novitatis certe gratiâ commendatur. Ipse quidem Hamsa ماه *Mah*, ut in ceteris, ita hoc etiam in nomine notionem *lunæ*, quâ *mah* in linguâ Persicâ gaudet, subjecit; (**) sed insulse prorsus. Significationi hujus vocabuli Pehlwicæ hic quoque, si utique hoc nomen ad hanc ipsam classem referre visum fuerit (***), inhærere præstat, ita ut nomen hoc, vulgo ماجين *Madschin* exaratum, vertendum sit *regnum Sinarum*. Adque ejus exemplum etiam aliud nomen famosissimum *Magog*, מגוג, ماجوج, explicare liceret *regnum Gogi* (Gog scil. nomen principis hujus

(*) Inde الفانيذ الماسكانى saccharum Masekanensae. cf. Ouseley's Orient. Geogr. p. 153.

(**) Ita quidem ille hac de re sententiam suam aperit. „In Persarum terris, inquit, „multæ exstant urbes, quarum nomina cum *lunâ* composita sunt. — *Mah* „enim denotat *lunam*, quod vocabulum omni urbi in solo ubere et fertili sitæ „præfigunt, quatenus luna vim benignam habet ad rores atque aquas, omnis „ubertatis caussas.“ وكان (فى) ممالك الفرس عدة مدن مضافة الاسما الى القمر — ان ماه الذى هو اسم القمر انما يقحمونه على اسم كل بلد ذى خصب لان القمر هو المؤثر فى الانداء والمياه التى منها الخصب Eandem vocis potestatem retinens, sed improprie accipiens Dimeschky (a) nomen Mah-el-Kufa (quod quidem male Nehawendæ attribuit) per قمر الكوفة *lunam Kufæ* interpretatur urbique inditum esse vult لحسنها وعمارتها „propter ædificiorum suorum pulchritudinem et frequentiam;“ constat nimirum, lunam ad pulchrum quidque et venustum ab Arabibus transferri.

(***) Erit enim ejus etymologia potius in linguâ Sanscriticâ quærenda et *Matschin*, proprie *Maha-Tschin* vertendum *Sina Magna* (i. e. S. meridionalis). v. Deguignes Geneal. chronol. Einleit. zur Gesch. der Hunnen p. 68. Ritter's Erdkunde (ed. 1.) T. I, p. 655.

(a) v. Uylenbr. p. 88.

populi perhibetur (*)). Sed redeamus ad nostrum ماه, unde sumus egressi.

Supra vidimus, nomine الماهان *Mahan*, *Mahein*, s. duorum Mah, urbes Dinewar & Nehawend, vel juxta alios auctores, cum hac posteriore simul et Hamadan & Komm comprehensas fuisse. Sed amplificato sensu Ibn-'Haukal (**), „inferiora, inquit, montium (qui „ex provinciâ Dschebal in Aserbeidschanam et ultra porriguntur) „inde a tractu Schehersuræ ad tractum Kaschani finesque Chusi- „stanæ nota sunt nomine *Mahan* s. duorum Mah, Mah scil. el- „Kufæ et Mah-el-Bafræ;" idem alio loco, (***) „Dschebal provincia „comprehendit Mah-el-Kufam et Mah-el-Bafram et quidquid cum „his ambabus conjunctum et a nobis ad earum tractus (****) rela- „tum est." In his posterioribus deprehendere mihi videor الماهات *Mahat* seu reliquas *Mahas*. الماهات *Mahat* scil. numerus pluralis est, quem, observante Jakuto, Arabes ex vocabulo ماه *mah* formarunt. Hæ *Mahat* s. Mahæ apud hunc, quem modo dixi, auctorem (*****) passim occurrunt, licet propriam ejus notionem definitione non declaraverit. Etiam Mas'udy (******) *Mahat* conjuncte cum

---

(*) Ezech. capitt. 38. & 39. — Etiam Gesenius, vir doctissimus, *ma* hujus nominis *sedem* seu *locum habitandi* denotare conjecit. v. ej. Handwörterb. Art. מגוג et Ausführl. Lehrgebäude der Hebr. Spr. p. 513. — Moneo, in dialectis Finnicis (ut Permensium, Wogulorum) *ma* significare *terram*; in illis autem plagis Asiæ septentrionalibus, quas populi varii Finnicæ stirpis sive tenuerunt sive etiamnunc tenent, Gog et Magog Ebræorum s. Jadschudsch & Madschudsch Arabum quærere oportet. — In ipso etiam *ma* s. *me*, Mim loci, apud Arabes &c. illud *Mah* latere verisimile est.

(**) apud Uylenbrœkium V. C. l. c. p. 7 = 9.

(***) ib. p. 3 = 3.

(****) Suspicor pro اضعافهما legendum esse اصقاعهما

(*****) Artt. ماهان & ماه

(******) in Notices & Extr. T. VIII, p. 160 Quæ ibi addita leguntur: ce nom designe e territoire de Cufa, celui de Basra &c. non ad rem faciunt.

Dschebal commemorat. Nec non apud Ibn - 'Haukal offeruntur همزان والماهات *Hamadan et Mahat.* (*) Etiam Eutychius, „Kobad „ filius Firusi, inquit, urbem in finibus *των Mahat* condidit, cui „ 'Hulwan nomen." (**) Denique 'Isa Bar - 'Aly in Lexico Syriaco-Arabico apud Michaël. ad Castelli Lexicon Syr. p. 484: מדיא اهل الماهات (الهات sic l. pro) مثل الدينور (علدينور sic leg. pro) واهل الجبال الى الاهواز (s. l. pro جل) حل „*Madojo* (s. *Medi*) sunt incolæ *των* „ Mahat, veluti Dinewaræ [quam Mah-el-Kufa audire vidimus] et „ incolæ provinciæ Dschebal ad fines Ahwasæ usque." (***) Ex omnibus istis locis non sine probabilitate concludere mihi videor, ***Mahat*** esse ipsam provinciam *Ματιανην* (****), quam Strabo et Ptolemæus circa Atropatenen et magis etiam versus meridiem secundum montes in Armeniæ et Assyriæ finibus Orientalibus sitos porrigi dicunt (*****), ita ut fere hodiernæ utriusque *Kurdistaniæ* (Turciæ & Persicæ) finibus comprehendatur. In hac ipsà autem, ut Dinewar et Nehawend, ambæ illæ Mah, nec non Sohreward Mah-el-Bakra dicta, ita urbes Schehersur, 'Hulwan, Mah-Schehrjaran, Mah-Nahrasan, Masebedan, quas ante commemoravimus, exstiterunt vel etiamnunc exstant; Hamadan autem et Komm, quas simul cum Nehawend nomine Mah-el-Bafræ vocari vidimus, item Kaschan, ad quam tractum Mahan porrigi Ibn-'Haukal dixit, haud adeo pro-

---

(*) apud Uylenbr. p. 8 = 10 ubi vir cl. minus recte pro الماهان *Mahan* habuit. cf. ib. not. cl. Hamakeri p. 107.

(**) Male Pocock. in indice Emendatt. الماهان *Mahan* legendum conjecit. Sed quod in textu et versione Pocockianà est هروان „*Harawan*", non dubito, quin corruptum eique حلوان *'Hulwan* substituendum sit. Etiam alii auctores (v. Tarichi Fenaï fol. 29. Dschihan-Ara in Ouseley's Epitome of the anc. hist. of Pers. p. 54. Lubb-el-Tawarich p. 40) 'Hulwan vocant urbem a Kobado conditam.

(***) Michaëlis, ut textum hunc mendosissime descripsit, ita vertendo parum accurate expressit.

(****) Fac memor sis *του mata* supra ex ling. Pehlwicà et Aramæà adducti.

(*****) v. Cellarii Notitia Orbis antiqui T. II, p. 666. Mannert's Geogr. der Griech. u. Römer T. V, P. II, p. 142 sq. 152 sq.

cul sitæ sunt in provinciâ Dschebal, s. (recentiore appellatione (¹)) 'Irak 'Adschemy, quæ fere *Mediam magnam* constituit (²); *Matianam* autem provinciam huic ipsi Mediæ accensitam fuisse, ex Strabone (³) discimus. Adde, quod Stephanus Byzant. Matianam partem Mediæ vocat. Quæ quum ita sint, non mirabimur, qui jam Bar-'Alyum Medos per incolas Mahat totiusque Dschebal explicare vidimus, fieri potuisse, ut, quemadmodum alibi regna vel regiones a suarum provinciarum aliquâ nomen traxerunt (⁴), ita *Mahat* ad universam etiam Mediam designandam adhibitum sit. Id quidem usu venit in pluribus librorum biblicorum interpretationibus Arabicis. Sic Gen. X, 2 Sa'adjah Gaon nomen Ebraicum מדי *Madaï* (Media) reddidit ماهات *Mahat*, eodemque modo in loco parallelo 1. Chron. I, 5 is, qui versionem Syr. Peschito dictam in Arabicum sermonem transferebat, nomen Syriacum מדי *Modoï* interpretatus est; nec non Dan. V, 28. 31. VI, 8 in versione Arabicâ, quæ ex Græcâ fluxit, Græcum Μῆδοι vel Μήδοι arabice versum est ماهى *Mahy* et ماهيون *Mahyjun*, quo posteriore etiam Sa'adjah Gaon Jes. XXI, 2 ad Ebr. מדי exprimendum usus est. Quid? quod Ibn-Sina (⁵), arabice reddens locum Diascoridis (⁶), pro auctoris Græci Μηδεία posuit بلد ماه *terra Mah*. Non est igitur, quod dubites, usum loquendi, qui sæculis adhuc IX. X. & XI. obtinebat (ex hoc enim temporis intervallo sunt, quos laudavimus, 'Isa Bar-Aly (⁷), Sa'adjah Gaon (⁸), et Ibn-Sina (⁹)), id tulisse, ut antiquâ appellatione الماهات *Mahat*

(¹) Tempore demum Seldschukidarum in usum venisse videtur.

(²) Male Michaëlis (Spicil. Geogr. T. I, p. 36) et alii ad Schirwanam et Aserbeidschanam Mediam veterum restringunt.

(³) v. Cellar. l. c. Mannert l. c. p. 153.

(⁴) Veluti Ahwas passim æque late sumitur ac Chusistan, cujus illa pars est.

(⁵) Canon p. 222 inf.

(⁶) Dioscoridis Libri VIII. Parisiis 1549 fol. 171, b.

(⁷) Claruit circa a. Chr. 885.

(⁸) Floruit priore sæculi X. dimidio.

(⁹) Mortuus est a. H. 428 = Ch. 1036-7.

(seu ماه بلد *terra Mah*), quæ deinceps prorsus obsolevisse videtur, *Media* designaretur. Simulque intelligitur, quo loco habenda sit conjectura de hoc nomine a Michaëlis in medium prolata (*). Is, post Bochartum qui se vocabulum *Mahat* apud Arabicos interpretes Bibliorum obvium non capere ingenue professus erat, „ suspi-„ cor, inquit, in hoc nomine describendo errorem a librariis admis-„ sum esse, qui forte sensim in usum linguæ Arabicæ apud Chri-„ stianos immigravit, *h* pro *d* posito, quæ litteræ in libris manu-„ scriptis sunt nonnunquam similes. Certe, pro ماهى *mahy* Jes. „ XIII, 17. Dan. VI, 12. (8.) 15. (8. 20.) inque versione ab Er-„ penio editâ Act. II, 9 مادى *Mady* rectius, ut opinor, scriptum „ est; idemque et reliquis locis rescribendum puto. Quæ si recte „ conjeci, Arabicis interpretibus cum reliquis coiit concordia, solâ li-„ brariorum culpâ turbata, pro Medis Mahos supponentium.“ (**) Temere tentavit optimas lectiones iisque substituit, quæ ab Arabicâ linguâ prorsus alienæ; مادى enim pro Medo non nisi Christianorum, Arabismi genuini parum peritorum, usus loquendi introduxit. (***)

Sed eidem Michaëlis, præter locum ex Bar-'Alyi Lexic. Syr. Arab. depromtum, quem supra in rem nostram convertimus, alium adhuc ex eodem auctore desumtum, brevissimum illum quidem sed

(*) in Spicilegio Geogr. Hebr. ext. T. I, p. 37 sqq.

(**) Etiam ven. Paulus Jes. XXI, 2 τῳ ماهيون *Mahyjun*, quod optime legitur apud Sa'adjam, substituendum ماديون *Madyjun* conjecit. v. R. Saadiæ Versio Jesaiæ Arab. Fascic. I, p. 113 et Fasc. II, in App. Spec. Vers. Ar. Jes. ex Cod. Hunt. exhib. p. VII.

(***) Hunc errorem a Michaëlis admissum num recentiores Bibliorum interpretes jam correxerint simulque caussam nominis *Mahat* jam explanaverint, dicere non habeo. Nec tamen fecisse videntur; certe enim neque a Rosenmuellero in Schol. ad V. T. vel in Handbuch der bibl. Alterthumskunde T. I, P. I. Cap. V. de Mediâ, neque a Vatero in Commentar üb. d. Pentateuch aliquid hac super re annotatum deprehendo.

notabilissimum, debeo (*). Peropportune enim ad caussam meam se offert. Antiquum illum auctorem ibi video memorare מרי מדינתא s. *Madaï urbem*, additâ explicatione Arabicâ مدينة ماهى *urbs Mahy.* De eâ Michaëlis quidem sententiam suam pressit. Ego vero puto, non aliam, nisi *Hamadanam* (Ekbatanam) Mediæ quondam metropolin, significari. Favet huic opinioni et R. Benjamin Tudelensis (ed. l'Empereur. p. 95 sq.) dicens: „ab illis montibus decem dierum itinere Hamadanam venitur, quæ est Madai, magna illa civitas," (**) et Abu'l-feda, quem cum aliis Hamadanam etiam nomine Mah-el-Bafræ designare supra vidimus, et mos denique Arabum, nomen provinciæ vel regni in ejus urbem primariam transferendi (***). Quid? quod ex hoc ipso usu, quo nomina *Mahy* et *Hamadan* promiscue adhibebantur, explicari potest, quî factum sit, ut R. Sa'adjah Jes. XIII, 17. מדי *Madai* (Medos) reddiderit الهمذانيون *Hamadanenses.* Fatendum quidem mihi est, neminem auctorem Arabicorum &c. eorum, qui mihi ad manus sunt., urbi Hamadanæ nomen *Mahy* tribuere; quid? quod omnino id nomen frustra in iis quæsivi; quamquam de lectionis fide apud Bar-'Alyum non est, quod dubites; duos enim Musei Asiatici numos Kuficos, alterum a. H. 92. alterum a. 98 (****), cusos بماهى *in Mahy* (*****) ante oculos habeo.

(*) v. Castelli Lex. Syr. ed. Mich. p. 484.

(**) De ipsâ Hamadanâ autem loqui Judæum, inter alia testantur ea quoque, quæ statim de sepulchris Mardochai & Estheris ibi exstantibus subjicit, de quibus cf. Hammer in Wien. Jahrb. der Litt. T. VII, p. 267. Malcolm Hist. of Persia T. I, p. 260. Ker Porter's Travels T. II, p. 105 sq.

(***) cf. tritissima Andalus pro Cordovâ, Mifr pro Kahirâ &c.

(****) Hujus quidem exemplum etiam in Museo servatur Societatis Æmulantium (Copeвнoвaтeлeй), quæ Petropoli floret.

(*****) ماهى *Mahy* hoc ut habeam pro compendio scribendi nominis ماهى رويان *Mahy-rujan* (quæ Persica orthographia τυ مهرويان est, v. 'Hamd-ullah Kaswiny p. m. 158) — est autem portus ad ostium fluvii Tab inter Faris & Chusistan — id vix a me impetro, quamvis *Maj* Geographiæ Armeniacæ apud cel. St. Martin (Mémoires sur l'Arménie T. II, p. 371) id suadere possit.

Hæc sunt, quæ in explanandâ utcunque vocabuli ماه *Mah* ejusque derivatorum involutâ caussâ post cel. Wahlium (*) periclitatus sum. Eamdem video (**) Hamakero propositum esse accuratius pertractare; quod ut peragat, vehementer opto, et mecum optabunt, quotquot viri hujus cum doctrinam exquisitam tum ingenium acerrimum mecum perspectum habent et admirantur.

Ego vero numorum, qui restant, recensione defungi propero.

17.

Cus. بالمحمدية سنة ست واربعين ومايتين *in el-Mu'hammediâ anno ducentesimo quadragesimo sexto.* (a. 246 = Ch. 860-1.)*

Ut nomen in inf. A. I. evanuit, ita Partis aversæ inscriptiones prorsus deletæ sunt.

MU'HAMMED

qui patri mortuo a. 248 successit, sed abjectis administrandæ reip. curis, soli voluptati indulgens, mox sibi et Emiratui Tahiridico perniciem paravit. Aliis enim post alias provinciis amissis, ipse a Ja'kubo Soffaride captus est a. 259. Huic tres, qui proxime sequuntur, numos attribuimus, quamquam quod ad primum Ifpahani cusum, incerti, an recte.

18.

Valde attrit. cus. باصبهان سنة خمسين ومايتين *in Ifpahan anno ducentesimo quinquagesimo.* (a. 250 = Ch. 864.)

(*) v. Vorder- u. Mittel-Asien p. 534.

(**) Uylenbroekii Specim. p. 104.

Inf. A. I. العباس بن || امير المومنين *El-Àbbas, filius* || *Emiri Fidelium.*

A. II. inf. ؛ ؛ ؛ تعين بالله El-*Musta'in-billah.*

19.

Vehementer attrit. cus. ؛ شاش سنة احدى ؛ ؛ سين ؛ ؛ ؛ in el-*Schasch* (*) *anno* ducentesimo quinqu*agesimo primo.* (a. 251 = Ch. 865.)

A. I. pp. *El-Àbbas*, filius || *Emiri Fidelium.*

A. II. pp. *El-Musta'in*- billah.

20.

Et ipse vehementer attrit. cus. بالشاش سنة ست وخ ؛ ؛ *in el-Schasch anno* ducentesimo *quin*quagesimo *sexto.* (a. 256 = Ch. 870.)

A. II. inf. ال ؛ ؛ ؛ *El-Mu*htedi?

V.

NUMUS

EMIRI SAMANIDICI.

MANSUR I.

21.

Rar. notab. cus. ..... in ... سنة ثلث وستين وثلثمية *anno trecentesimo sexagesimo tertio.* (a. 363 = Ch. 973-4.)

(*) De urbe Schasch, quam eamdem cum Taschkend esse asserui (v. Nov. Symb. p. 3 sqq. et Jenaische Ergänzbl. 1822. N° 58), quæstionem accuratam mihi in aliud tempus reservo.

In sup. A. I. علی *Ály.*

A. II. p. p. المطيع لله || منصور || بن نوح *El-Muti'-lillah.* || *Manſur* || *filius Nu'hi.*

Nomen loci perquam dubium: prior ejus pars fere evanuit, pars posterior ارسب :: præ se ferre videtur. At numi alii nomine hujus Emiri Samanidici circa idem fere tempus ab eodem 'Aly cusi in راشت *Rascht* animum inclinant, ut credam, idem nomen hic quoque latere. De hac autem urbe apud Jakutum leguntur hæc: راشت بالشين المعجمة واخره تا بلد باقصى خراسان وهو اخر حدود خراسان بينه وبين ترمذ ثمانون فرسخا وهى بين جبلين وكان منها مدخل الترك الى بلاد الاسلام للغارة (للغارة .l) عليهم فعمل الفضل بن يحيا بن خالد بن برمك هناك بابا محكما „*Rascht* urbs in extremâ Chorasanâ. Est terminus „finium Chorasanæ, inter quem et Termes octoginta incercedunt „parasangæ. Urbs hæc sita est inter duos montes. Ab eâ Tur-„cis patebat aditus ad incursandum in ditiones Mu'hammedanas; „quapropter Fafzl (*) ben-Ja'hja ben-Chalid ben-Barmek ibi „portam firmissimam construxit." Edrisy (**), hæc eadem fere de hac urbe, quam الراست *el-Rast* vocat (***), memoriæ prodens, addit: „et præsidium ad eam posuit, quod deinceps, quotquot il-„lam regionem imperio obtinuere, ibidem habere non desierunt." Rascht a Wasehdschird sex parasangas abesse refert Abulfeda (****), apud quem قلعة الراسب *arx el-Rasb* vocatur. Suspicari liceret, eamdem urbem innui nomine مدينة القلعة *urbs arcis* apud Edrisyum (l. c.) et قلعة in Ousel. Orient. Geogr. (p. 277); sed hæc ex horum computatione quatuor dierum itinere a Waschdschird distabat. (*****)

(*) Hic ab a. 178 Chorasanæ præerat. v. Ibn-Challekan.

(**) p. 164. Vers. Lat. p. 141.

(***) راست *Rast* etiam in Ousel. Orient. Geogr. p. 261 audit.

(****) v. Chorasmiæ et Mawaralnahræ Descript. p. 59.

(*****) vid. et præstantissimi Ritteri Erdkunde (ed. I.) T. II, p. 692 sq.

Ceterum urbem Rascht deprehendi etiam in numis aa. 357 vel 359, 360 (*), 361, 364 & 366, qui omnes, uno Pflugiano a. 360 excepto, in Mus. Asiat. Petrop. asservantur. In omnibus, si ab eo, quem a. 357 vel 359 esse dixi, discesseris, ut in Sprewitziano, præter nomen Manfuri I. Emiri Samanidici, supremâ A. I. conspicitur nomen *Åly*, quem huic castello finibus imposito præfectum fuisse existimo.

VI.

NUMUS EMIRI BUWEIHIDAE.

RUKN - EL - DAULA.

22.

Rariss. notab. cus. بماه الكوفة *in Mah - el - Kufa* (i. e. Dinewar. v. sup. 513). Anni notatio prorsus deleta.

(*) v. Nov. Symb. p 20. N° 41. ubi male existimabam legend. راسك — Liceat mihi hac occasione uti ad illustrandum aliud etiam urbis nomen, quod iisdem Symbolis p. 45 numum 'Osmanidicum a. H. 926 ex Mus. Nejelowiano edens in medio relinquebam nec ab aliis interpretibus satis intellectum video. Laudavit numum ejusdem urbis Winbomius in Diss. de recentt. Numis Arab. reg. Acad. Ups. p. 15, sed nomen perperam transscripsit سدرقنس; et nuperrime Marsdenius in opere splendidissimo Numismata OO. illustrata inscripto binos numos N. CCCXCIX & CCCCXII, unum a. H. 926, alterum a. 982 edidit, in quibus urbis nomen سندر قلسى „Sanderah - Kalesi" legit, quod explanaturus addidit, quasi plane certus: „the capital of Servia, otherwise written Senderow, Semender, and in Latin Semendria." Legendum, cum in Nejelowiano, tum in Upsaliensi, tum in Marsdenianis سدره قيسى *Sidre Kaisy* (i. e. si modo Arabicum est, lotus Kaisitæ). Hæc autem urbs est præfecturæ Thessalonicæ (Sandschak Salonik), de quâ adi Hammerum in libro: Rumeli und Bosna p 82. Quod restat, moneo nec b. Tychsenium numos hac in urbe cusos fugisse videri, etsi vera nominis legendi ratio fugerit; nimirum quod in officinarum monetariarum indice (Introd p. 176) memorat قلسى „Kelesi", ipsa est posterior nominis سدره قيسى pars male lecta.

In inf. A. I. مطيع لله El - *Muti'- lillah*; in eàdem superius ad sinistram ع grossius cernitur.

A. II. p. p. ركن الدولة ‖ ءءو على ‖ بويه Rukn - *el - daula* ‖ Abu - *Åly* ‖ (filius τ8) *Buweih*. In eàdem superius ad sinistram nota ڪ se offert conspiciendam, quæ د incertum an ك repræsentat.

Censeo hunc numum per annorum H. 338 — 363 (= Ch. 949 — 974) intervallum cusum esse ab-Rukno Emiro Supremo (أمير الأمراء), quia 'Emadi fratris, mortui a. 338, nomen abest.

Elenchus

numorum in binis hisce Commentationibus ex Museo Sprewitziano editorum.

I. Chalifæ Umaijadici

Hescham

1. Wasit, a. H. 110.

Merwan

2. Schamia (?), a. 131

II. Chalifæ 'Abbasidici

Amîn

3. Medinet - el - salam, a. 193.

Mamun

4. Urbs Samarkand, a. 196.
5. ib. eod. a.
6. Urbs Ifpahan, a 201.
7. ib. eod. a.

Mutewekkil

8. Serrmenra', a. 239
9. Medinet - el - salam, a. 242.

Mu'tess

10. Serrmenra', a. 253.

Muktedir

11. Medinet - el - salam, a. 309.

III. Emirus Aghlebides

Ibrahim I.

12. Afrikia, a. 187.

IV. Emiri Tahiridæ

Tal'ha

13. Samarkand, a. 209.

'Abd - ullah

14. ib. a. 217.

Tahir II.

15. Mu'hammedia, a. 238.
16. Urbs Mah - el - Kufa, a. 240.
17. Mu'hammedia, a. 246.

Mu'hammed

18. Ifpahan, a. 250.
19. Schasch, a. 251.
20. ib. a. 256.

V. Emirus Samanides

Manfur I.

21. Rascht (?), a. 363.

VI. Emirus Buweihides

Rukn - el - daula

22. Mah - el - Kufa, * * *

ADDENDA.

ad p. 11.

Urbium monetalium, quæ sub Chalifis Umaijadicis floruere, indici hac pag. not. **** laudato jam accessit urbs vicesima octava سوق الاهوز *Suk-el-Ahwas* s. *Forum Ahwasæ*, quæ eadem est atque الاهواز *el-Ahwas* ipsa. Eam nuperrime in binis deprehendi numis, quorum alter a. 90, alter a. 94 est. Posterior accessit Museo Sprewitziano, de quo quam exspectationem sup. p. 6 commoveram, non falsa fuit; nam denuo insigni auctum est incremento, cui quidquid novi et antehac incogniti inest, quam primum in medium proferam. Ceterum notandum est, quod hi numi hoc in nomine offerunt, orthographiæ Kuficæ matres lectionis elidere amantis novum exemplum.

ad pag. 27. not. *a*.

תימן *Teman* Ebræorum, תימנא *Taimono* Syrorum, التيمن *el-Teimen* Arabum, proprie *meridiem* s. *plagam terramve australem* indicat. Sic Mas'udy (Not. & Extr. VIII, p. 146) et Abu'l-faradsch (Hist. Dyn. p. 17) explicant: التيمن اى الجنوب Adde Gabrielem Fer'hatum, apud quem افق التيمن ضد افق الشمال Atque hoc sensu latiore usurpatum occurrit apud Abulfar. l. c. et in Chron. Syr. p. 8, quo posteriore loco legimus: „quum sub Phalego terra inter Noæ filios distribueretur, Hami quidem filiis cessisse universam *Taimonam* quam late ab Oriente in Occidentem patet, nimirum Indiam interiorem et australem, Cuschæam, Schabam, Aegyptum, Lybiam, Thebaidem et Africam.“ Verum et arctiore sensu, ut apud eumdem Bar-Hebræum loco supra p. 27 laudato, adhibetur. Syr. *Taimono* de provinciâ *Jemen* ibi intelligendum videri dixi. Atque sane in hanc sententiam Firusabady in Kamuso Arabicum التيمنى *el-Teimeny* quidem (formâ novâ) explicat per افق اليمن *tractum* s. *regionem Jemenæ*. Jakutus autem in Lex. geogr. maj. تيمن *Teimen* ait esse

موضع بين تبالة وجرش من مخالف اليمن *locum inter Tebalam & Dschoresch* (quæ nec nostrates geographos fugiunt) *ex nomis* s. *tractibus provinciæ Jemen;* ita ut Têimen in confinio fere provinciarum Jemenæ et 'Hedschasæ quærendum foret.

ad p. 31 not. ****

Quem ibi versu antepenult. proposui conjecturam, apud Eutych. l. c. pro نولاه legendum esse بولاية, nunc video duorum codd. Parisiensium auctoritate confirmatam. Ill. L. Baro S. de Sacy, qui, pro eà quà est humanitate singulari, id mihi petenti tribuit, ut hunc locum eum Eutychii codd. Pariss. conferret, litteris suis novissimis dat. d. 7 Jun. 1825 ita mihi scripsit: „J'ai vérifié le passage d'Eutychius Tom. II, p. 446 sur trois manuscrits: un seul porte نولاه; les deux autres dont un n'a aucun point diacritique, portent بولاية conformément à Votre conjecture."

ad p. 67.

Mu'hammedia Kermaniæ, priusquam hoc nominis a Mutewckkilo inditum accipiebat, per aliquantum temporis etiam الاساميه ab اساخ التركى audiisse videtur, quantum ex Jakuti loco aliquo sed corrupto illo elicio. Hæc autem nomina quomodo pronuntianda sint, non satis scio. Prius quidem, urbis nomen, apud Jakut. scriptum est الانباحيه *Ilba'hia* s. *Alba'hia*, alterum Turcæ ايباخ *Ibach;* quamquam unum alteri congruere deberet ita, ut vel nomen urbis الايباخيه fuerit, vel nomen Turcæ انباح. At ne sic quidem res transacta. Nam venit mihi in suspicionem, hunc Turcam eumdem esse cum Emiro eo, qui ab a. 230 ad ineunt. a. 235 Aegypti præfectus erat, per legatos tamen ejus res administrans. Hujus autem, qui antea Wasiki cubicularius fuerat, nomen in tantâ scripturæ varietate versatur, ut, quænam verior sit, non decernas. Eutychio quidem (II, 445) audit ايتاخ *Ita'h*, Masudyo (N. & E. I, 280) اناخ „*Ana'h*", Ibn-el-'Amido p. 147. 148) انباخ „Amba'h," Auctori τϑ

Tarich Sali'hy اناخ *Inna'h?* (al. l. اماح), Reiskio (ad Guthr. VI, I, p. 727) ابناع *Inadsch*, Makrisyo (v. Hamak. in Comment. ad loc. Al-Makrizii &c. p. 39 & 125) modo ابناح *Ina'h*, modo ابناع *Inadsch*, modo ابناخ *Itach*, modo اماح *Ama'h*. Hæc utut incerta posita sint, possunt tamen fortasse facere ad certiora vestigia hujus, de quà agitur, urbis Kermaniæ apud alios auctores animadvertenda et excipienda.

ad p. 75 l. 1.

„Abu-Sa'ad *Ony*." Lege *Aby*, ut jam p. 72 inf. conjeceram. Est Abu-Sa'ad Manfur filius 'Huseini, Wesirus Medschd-el-daulæ Buweihidæ et celeberrimus auctor *Chronici urbis Rey*, qui quidem maxime a libro suo „Margaritarum sparsarum" (نثر الدر) nominis famam adeptus est. Is cognomen الآبى *Aby* habebat ab ابة *Aba* pago agri Ifpahanensis vel secundum alios Sawatensis. Obiit a. H. 441. (Jakut in Lex. geogr. et 'H. Chalfa in Bibliogr. art. نثر)